AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN DER DDR
ZENTRALINSTITUT
FÜR ALTE GESCHICHTE UND ARCHÄOLOGIE

BIBLIOTHECA

SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM

TEVBNERIANA



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT
1983

M. TVLLI CICERONIS

SCRIPTA QVAE MANSERVNT OMNIA

FASC. 16

ORATIONES DE LEGE AGRARIA

ORATIO PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS REO

EDIDIT

VÁCLAV MAREK



BSB B. G. TEUBNER VERLAGSGESELLSCHAFT

1983

BIBLIOTHECAE TEVBNERIANAE
HVIVS TEMPORIS
REDACTOR: GÜNTHER CHRISTIAN HANSEN

1. Auflage
VLN 294/375/8/83 · LSV 0886
Lektor: Dr. phil. Elisabeth Schuhmann
Printed in the German Democratic Republic
Gesamtherstellung: INTERDRUCK Graphischer Großbetrieb Leipzig,
Betrieb der ausgezeichneten Qualitätsarbeit, III/18/97
Bestell-Nr. 666 156 8
DDR 26,– M

PRAEFATIO

Editori textum orationum anno a. a. n. 63 a Cicerone de lege agraria contra P. Rullum tr. pl. prolatarum, quas male conservatas esse inter omnes constat, ad novam editionem praeparanti novum quoddam addere post editiones a C. F. W. Müller (Teubner 1885), A. C. Clark (Oxonii 1909) et L. Früchtel (Teubner 1932) elaboratas, qui viri omnes artis criticae peritissimi erant, difficillimum est, dum nova quaedam occasio emergat. quae nobis feliciter occurrit, cum vir doctus Augusto Campana in bibliotheca Vaticana in Cod. Vat. Latino 11458 manum proprium viri docti Florentini temporis litterarum renatarum recognovit[1]) ipsumque codicem autographon illud Poggii esse statuit, de quo longissime pro deperdito habito omnes fere codices Italici ad octo Ciceronis orationes spectantes pendent. quo factum est, ut unius libri fatum rursus ad melius verteretur nosque hoc Poggii autographon ad textum orationum nostrarum restituendum primi adhibere possemus.

Non possum hoc loco gratam admirationem non exprimere erga virorum doctorum generationes, quorum meritis factum est, ut et textus orationum paulatim ad meliorem statum adduci posset et nos de codicibus ipsis accuratius faciliusque censere possemus. laudanda est imprimis industria, labor, diligentia Clarkii, cuius editio fons et iuvamen editoris cuiuscumque est, et nomen praedecessoris mei in editione Teubneriana, L. Früchtel, cuius sapientia atque continentia necnon apparatus critici accuratio nobis exemplar fuit.

Omnes codices textum orationum de lege agraria dictarum continentes hodie in duo genera discedunt, quorum unum est Germanicum paucissi-

---

1) De hac re primum legi in Codices Vaticani Latini, rec. I. Ruysschaert, Città del Vaticano 1959, 93sqq., ubi codex Vaticanus Latinus 11458 describitur et A. Campanae de codice Poggiano relationem praeparari nuntiatur. postea huius codicis laudationem vidi in praefatione J. Axeri editioni orationis pro Q. Roscio comoedo (Lipsiae 1976) praemissa, ubi i. a. scribitur A. Campanam ad rem in Sessione Ciceroniana a. 1972 Romae specialiter disputavisse; cf. A. Campana, Ciceroniana N. S. 1, 1973, 65–68. de eodem codice quaedam etiam A. C. de la Mare scripsit, The Handwriting of Italian Humanists I 1, Oxford 1973, 62sqq. de aliis codicibus a Poggio descriptis vide B. L. Ullman, Studies in the Italian Renaissance (Storia e letteratura, 51), Romae 1955, 307sqq.; T. Foffano, IMV 12, 1969, 113sqq. de vita Poggii e. g. E. Walser, Poggius Florentinus, Leben und Werk, Leipzig–Berlin 1914; de diligentia eius in codicibus veteribus investigandis epistulae Poggii optime loquuntur (ed. a cura di T. Tonelli, 3 vol. Florentiae 1832–1861, rep. Torino 1964).

mis tantum codicibus constans et ex exemplari ignoto ortum, alterum genus est Italicum, quod e codice a Poggio descripto pendet et omnes fere ceteros codices continet.[1]) omnes autem codices ex uno archetypo antiquo originem traxisse multa communia menda vitiaque testantur, praesertim initium primae orationis deperditum ac lacunae malusque textus status in fine libri secundi.

Qua re adducor, ut hic pauca ad textus historiam, quoad eam novimus, dicam. quae ab anno a. a. n. 60 incipit, cum Cicero ipse omnes orationes suas consulares in unum ordinatas[2]) atque recognitas Pomponio Attico misit in officina eius libraria transcribendas, consulatus sui acta memoriae traditurus unaque adversariorum impetus propulsurus. libri cum describendo diffunderentur, lectiones differentes, ut per se intellegitur, ortae sunt, quibus textus ab originali discederet. magni momenti est, quod in Poggii apographo aliisque eiusdem familiae codicibus duae subscriptiones ad nos pervenerunt testantes brevi post emendationes grammaticales necessarias fuisse. in initio orationis agrariae secundae in summo folio Poggii manu adscriptum est:

In exemplari vetustissimo hoc erat in margine. Emendavi ad tyronē et laecanianū. acta ipso cicerone et antonio coss. oratio XXIIII. In exemplo sic fuit. Statili' maximus rursum em̄davi ad tyronē et laecanianū et dom̄ et alios veteres III. oratio eximia.

Incertum est, an grammaticus doctus saeculi secundi exeuntis Statilius Maximus[3]), quem Catonis, Sallustii, Ciceronis scriptis operam dedisse Charisius testatur, ipse duas emendationes fecerit, primam duo exemplaria, secundam sex exemplaria sequens; verisimilius autem videtur ipsum primam subscriptionem iam in uno ex exemplaribus suis invenisse, quod fortasse praedecessoris sui fuerit, cuius nomen latere potest in illo *dom̄* abbreviato; potius enim credo abbreviatione illa nomen significari, quam ut cum Zumptio *domini* legam.[4]) emendationi faciendae Statilius exemplar Tironis, Ciceronis liberti, adhibuit, quod aut autographon Tironis ipsius esse potuit aut unum ex exemplaribus in officina Attici ortis fuit a Tirone correctum. deinde Statilius adhibuit exemplar Laeca-

1) Ad codices aestimandos vide potissimum A. C. Clarkii editionis praefationem (Oxonii 1909) VIsqq.; id., Inventa Italorum ... Anecdota Oxoniensia, Classical Series 11, Oxonii 1911; praef. L. Früchtel (M. Tulli Ciceronis Scripta quae manserunt omnia, vol. VI 1, Lipsiae 1932) Xsqq.

2) Cic. Att. 2, 1, 3; cf. M. Brożek, Acta sess. Cic. Varsoviae 1957, 63sqq.; W. C. McDermott, Philologus 116, 1972, 177sqq.

3) Schanz–Hosius, Gesch. der röm. Literatur III[4], 164sq.; J. E. G. Zetzel, Statilius Maximus and Ciceronian Studies in the Antonine Age, BICS 21, 1974, 107–122.

4) Früchtel praef. XIII *Domitium* putat; Th. Stangl, BPhW 1910, 170 cognomen *Dominus* vult.

niani cuiusdam[1]), incertum utrum correctoris an editoris. de trium veterum librorum origine Statilius tacet. mirum est, quod Statilius secundam illam orationem potissimum emendandam esse putaverit, quae etiam his temporibus emendationibus maxime eget. quomodo Statilii fortunae non invideamus, qui tam bonis exemplaribus niti potuerit? quomodo operam eius perditam esse graviter non feramus? omnes enim codices in libro a Statilio emendato quasi in primo archetypo fundari viri docti consentiunt, a quo tempore procedente duae illae familiae, Germanica et Italica, in diversum discurrerint. ad quas breviter describendas nunc transeo.

Princeps hodie familiae Germanicae (**α**) codex olim Erfurtensis, nunc Berolinensis lat. fol. 252 (**E**) est, saec. XII verisimiliter descriptus, solus e codicibus nostris qui non a viris doctis temporis litterarum renatarum scriptus sit. permulta menda continet, quorum genera solum delecta adduco: verba omissa, verborum mutilationes, ordo saepissime inversus, verba addita, verba ampliata vel contra verba simplicia pro compositis adhibita. quaedam omissa aut errata corrector (**E**^{c}) supplevit aut emendavit. locis plerisque autem **E** solus vera tradidit, ut or. 1, 1 (p. 2, 5) *sapientium*; 1, 9 (p. 4, 9) *immittantur*; 1, 12 (p. 5, 5) *pervenerit*; 1, 22 (p. 8, 10) *retinenda*; 2, 22 (p. 18, 10) *lege sibi sua*; 2, 28 (p. 20, 13) *ut*; 2, 32 (p. 22, 1) *singulorum*; 2, 52 (p. 28, 14) *maeote*; 2, 76 (p. 36, 21) *delectet*; 2, 93 (p. 43, 3) *fascibus*; 2, 98 (p. 45, 14) *potestatem*; 2, 101 (p. 47, 3) *iusserit*. **E** cum suis propinquis etiam duas lineas habet 2, 24 (p. 18, 27—19, 1) *non excipitur . . . possit*, quae inceteris omissae sunt. ut totum textum consideremus, omnibus mendis neglectis librarius huius codicis non est peior quam scribae ceterorum codicum, non est malus neque ineptus, sed qui textum cum studio et ardore diligenter describeret libertatem sibi haud raro permittens.

Cui codici **E** proximus est codex Vaticanus 1525 (**e**), olim Palatinus, anno 1467 exaratus, quem Clark contulit. ad eandem familiam etiam codex Erlangensis 618 (olim 847), anno 1466 exaratus, pertinet (**ε**), quem Baiter primus adhibuit et quem Früchtel pluris quam **E** aestimavit, non optimo iure mea quidem sententia. licet multis mendis in **E** exstantibus careat, multa tamen propria vitia habet, praesertim verborum omissiones, quarum maiorem numerum quam alii codices continet. addendae sunt ad familiae Germanicae textum etiam lectiones, quas Pithoeus iuris consultus exemplari uno Lambinianae editionis (a. 1581 emissae), quod in bibliotheca Heidelbergensi asservatum est, adscripsit. quae forsitan e codice quodam Palatino a Pithoeo diligentissime depromptae saepissime cum communibus librorum **Eeε** lectionibus consentiunt,

[Marginalia: α; E; e; ε; π]

1) Res incertissima est. de Laecaniis aetatis imperatoriae v. Prosopographia imp. Romani V 1, Berolini 1970, 7sqq.

nonnumquam tamen a consensu illorum secedunt aut inter illos pendent; suae igitur auctoritatis momenta produnt. qua re Pithoei adscriptiones dignas mentionis in apparatu critico esse puto atque Früchtel sequens eas π signo.

Codicibus Italicis omnibus nunc rursum Poggii apographon ab Augusto Campana, ut supra dixi, recognitum praeest, quod Poggius a. 1417 in legatione Helvetica e codice quodam antiquo a se reperto descripsit et postea in Italiam reportavit.[1]) quod apographon, nunc codicem Vaticanum Latinum 11458 (V), nonnullos viros doctos eminentes in manibus habuisse e variis adnotationibus elucet[2]), qui autem — Poggii apographon esse, ut videtur, ignorantes — quantum ad Ciceronis textum restituendum valeret nesciebant; qua de causa Poggii liber ab editoribus perditus putabatur. liber hic[3]) octo Ciceronis orationes aliquosque alios textus continet; foliorum maxima pars (1^r-94^r) a Poggio, quae restant (97^r-115^r) ab alio scriba ignoto scripta sunt. illas octo Ciceronis orationes a Poggio primo inventas doctorumque orbi servatas esse duae subscriptiones Poggii de se gloriantis testantur.

V

In fine Caecinianae haec verba leguntur: „Hanc orationem antea culpa temporum deperditam Poggius latinis viris restituit et in Italiam reduxit, cum eam diligentia sua in Gallia (latent *cancel.*) reclusam in silvis (inter ari *cancel.*) Lingonum adinvenisset conscripsissetque ad Tullii memoriam et doctorum hominum utilitatem.“ in calce deinde Pisonianae legimus: „Has septem M. Tullii orationes que antea culpa temporum apud Italos deperdite erant, Poggius Florentinus perquisitis plurimis Gallie Germanieque (biblyotheci *cancel.*) summo cum studio ac diligentia biblyothecis, cum latentes comperisset in squalore et sordibus in lucem solus extulit ac in pristinam dignitatem decoremque restituens latinis Musis dicavit.“

Quod duae subscriptiones diversae existunt, aestimari mea quidem sententia potest orationem pro Caecina dictam a Poggio ex alio codice atque alio tempore fortasse descriptam esse quam ceteras septem, inter quas etiam orationes de lege agraria et oratio pro C. Rabirio perduellionis reo numerantur.

Quo saeculo codex ille, cuius nostrarum orationum textum Poggius descripsit, ortus sit, decerni non posse videtur[4]), sed illum iam omnia

---

1) Clark, praef. V, VIII sq.

2) E Mureti bibliotheca codex in Collegium Romanum Soc. Iesu pervenit, etiam a papa Pio X. possidebatur. e recensionis schedula patet Garatonum codicem vidisse.

3) Liber chart., mm 215 × 150, ff. 116, linn. 31–32 (ff. 1–94), 25 (ff. 97–115) continet: ff. 1^r-8^r Pro C. Rabirio Postumo, ff. 8^v-14^r Pro C. Rabirio perduellionis reo, ff. 14^v-22^v Pro Q. Roscio comoedo, ff. 24^r-25^r Val. Probus de iuris not., ff. 25^v-27^v excerpta orthogr. Marii Victorini, ff. 33^r-49^v Pro A. Caecina, f. 51^r de oratore, ff. 53^r-75^r De lege agraria contra Rullum I–III, ff. 75^r-94^r In L. Pisonem, ff. 97^r-115^r fragmenta excerpta ex Pro Caelio, Pro L. Flacco, Pro M. Fonteio.

4) Clark eum putat saec. XII esse, Axer autem saec. IX vel X; ad hoc temporum discrimen non habeo quae dicam.

illa inter omnes e longo tempore nota vitia continuisse et a scriba non valde bono exaratum fuisse patet. itaque si magna ad textum restituendum ab hoc apographo speravissemus, Poggius nobis satis facere non posset, sed parva sperantes contentos reddidit. scriptura eius pulchra et clara est et legi haud difficulter potest, tametsi ego imaginem luce factam, non codicem ipsum legens nonnullis locis cum dubitatione solum quid legerem decrevi. Poggius ubi quid omiserat, male legerat, in scribendo erraverat, aut cancellabat aut inter lineas aut in margine corrigebat. quas correcturas propria manu scriptas utrum Poggius scribens statim fecerit an postea recensens e coniecturis ad scripturam aut ad sensum pertinentibus adiunxerit, quia distingui pro certo non potest, in apparatu critico sub siglo **V**^{c} affero. ex apographi summa elucet Poggium verba scripturamque exemplaris sui quam verissime reddere cum reverentia studuisse, quod praesertim tum patet, cum dubitationes non celat; non possum igitur eam Poggii insolentiam in describendo affirmare, quam alii viri docti aliis in causis castigant.[1]) praeter correcturas in marginibus Poggii manu permulta notabilia adscripta sunt, voces Latinae nominaque propria e textu repetita. perpauca etiam manu secunda in marginibus scripta sunt, quae si in apparatu afferenda duxi, **V**^{2} notavi.

Ceteri codices eminentiores familiae Poggianae satis a Clarkio diligenter collati describuntur.[2]) princeps codicum Italorum codex olim Abbatiae Florentinae CL II 39, nunc Laurentianus Conv. Soppr. 13 (**M**) putabatur, nunc a Poggii autographo a principatu amotus. conspectus lectionum in **V** et **M** differentium lectorem docebit, quantum et qualiter **M** a **V** discedat: **M**

or. 1, 5 (p. 3, 5) quoad **V** quod ad **M**; 1, 7 (p. 3, 23) cuius modi **V** eius modi **M**; 1, 10 (p. 4, 20) quos^2 **V** quod **M**; 1, 21 (p. 8, 5) solum hoc **V** hoc solum **M**; or. 2, 1 (p. 10, 1) ei **V** ii **M**; 2, 3 (p. 11, 6) cum primum **V** cum **M**; 2, 4 (p. 11, 15) primi **V** primum **M**; 2, 8 (p. 12, 23) statum **V** statutum **M**; 2, 12 (p. 14, 13) solitudinem **V**^{c} (*marg.*) solicitudinem **M** (**V**^{1}); 2, 16 (p. 15, 23) esse videbuntur **V** videbuntur esse **M**; 2, 19 (p. 16, 27 sq.) quod **V** (*ter*) quoad **M** (*ter*); 2, 20 (p. 17, 6) spectarit **V** (*sic puto*) spectant **M** (*et alii*); (p. 17, 14) suffragia *post* committit *add.* **V**^{c} *om.* **M**; 2, 21 (p. 17, 25) excipit **V**^{c} excidit **M**; 2, 24 (p. 19, 3) ordo est **V** est ordo **M**; 2, 26 (p. 19, 19) novo more **V** novo **M**; (p. 19, 24) quicqd **V**^{1} quicquod **V**^{c} (*marg.*) quicquid **M**; 2, 28 (p. 20, 12) ut aut **V** ut **M**; (p. 20, 13) aut ita **V** ita **M**; 2, 29 (p. 20, 20) quoniā **V** qm̄ **M** (= *quom?*); 2, 35 (p. 22, 24) mihi **V** nihil **M**; (22, 26) si **V**^{c} (*ex* se) se **M**; 2, 36 (p. 23, 14) herculanea **V**^{c} herculantea **M**^{c}; 2, 38 (p. 23, 26) intelligetis **V**^{1} intelligitis **V**^{c} intellegitis **M**; 2, 44 (p. 25, 22) cocta **V** cotta **M**; 2, 47 (p. 26, 25) inrumpant **V** (*ut videtur*) irrumpent **M**; 2, 48 (p. 27, 3) vendat **V** vendeat **M**; 2, 49 (p. 27, 7) reliquerunt **V** reliquerint **M**; 2, 52 (p. 28, 14) meote **V** meote **M**^{1} merote **M**^{c}; 2, 57 (p. 30, 7) amenissimis **V**^{c} amicissimis **M** *et* **V**^{1}; 2, 58 (p. 30, 21)

---

1) E. g. Th. Stangl, BPhW 1910, 171 sq.
2) Praef. VI–XIII; Anecd. Oxoniensia XI.

totum **V**^{c} totus **M**; 2, 60 (p. 31, 11) excipit **V**^{c} excidit **M**; 2, 63 (p. 32, 16) qui se **V** qui **M**; 2, 65 (p. 32, 29) adorari **V**^{c} odorari **M**; (p. 33, 3) fateor (*marg.*) expectasse **V**^{c} expectasse **M**; 2, 66 (p. 33, 8) setinus **V** serinus **M**; 2, 67 (p. 33, 27) expediret **V**^{c} expediret **M**; 2, 68 (p. 34, 1) nec ei **V** ne ei **M**; 2, 69 (p. 34, 16) et opresso **V**^{c} ex opresso **M**^{c} (expresso **V**^{1} **M**^{1}); 2, 71 (p. 35, 4) salapinorum **V**^{c} salpinorum **M**; 2, 73 (p. 35, 18) nihil ut **V** ut nihil **M**; 2, 78 (p. 37, 8) at **V** ac **M**; 2, 82 (p. 38, 20) perferri **V**^{c} praeferri **M**; 2, 83 (p. 39, 6) at idem **V**^{c} (*marg.*) ad fidem **V**^{1} at fidem **M**^{c}; 2, 84 (p. 39, 14–15) agros ... dividatur **V** *om.* **M**; 2, 86 (p. 40, 8) colonis **V** coloniis **M**; (p. 40, 12) campanie **V** campanae **M**; 2, 87 (p. 40, 19–20) cum ... tum **V** *om.* **M**; 2, 89 (p. 41, 6) maiorum **V** maiores **M**; (p. 41, 9) hi (*ex* his) **V**^{c} his **M**; 2, 90 (p. 41, 27) carthaginense **V** carthaginiensium **M**; (p. 41, 29) fragellanum **V** fregellanum **M**; 2, 95 (p. 44, 4) tunc **V** tum **M**; 2, 96 (p. 44, 5) deduxerunt **V** deduxerint **M**; (p. 44, 10) vaticanum et pupinianum **V**^{c} vaticantium et pupiniani **M**; 2, 97 (p. 45, 2) continetur **V** continetur **M**^{c} (continentur **M**^{1}); (p. 44, 17) efferentur **V** efferent **M**; 2, 98 (p. 45, 11) actoribus **V** auctoribus **M**; (p. 45, 14) opponere vis **V** opponeri ius **M**; (p. 45, 14) iurisdictionem **V** iuris dictionis **M**; 2, 99 (p. 46, 1) quoius **V** quo ius **M**; 2, 100 (p. 46, 15) re p. **V** (p. *supra lin.*) re **M**; 2, 100 (p. 46, 21 sq.) ab istorum periculis (*add. in marg.*) scelere **V** ab istorum scelere **M**; or. 3, 1 (p. 49, 2) ea **V** eam **M**; 3, 2 (p. 49, 11) bone **V** bono **M**; 3, 3 (p. 49, 17) promulgata **V** provulgata **M**; (p. 50, 5) a sylla **V**^{c} sylla **M**; (p. 50, 6) ad **V** a **M**; 3, 4 (p. 50, 11) obductam **V**^{c} abductam **M**; 3, 6 (p. 50, 24) cui **V** cum **M**; (p. 50, 27) papirium carbonem **V**^{c} papirium **M**; 3, 7 (p. 51, 5) ait **V** aut **M**; (p. 51, 7–10) agros ... consules **V** *om.* **M**; (p. 51, 11) sunt **V** sint **M**; 3, 8 (p. 51, 16) proprie **V** propie **M**; 3, 9 (p. 51, 21) ea sunt profecto **V** sunt profecto ea **M**; (p. 51, 24) non obligata **V** obligata **M**.

In commune haec dicere possumus: codicis Laurentiani manus prima (**M**^{1}) cum **V**^{1} congruit et multa menda propria habet; manus secunda (**M**^{c}) multa ad **V**^{1} et **V**^{c} correxit, sed tamen et, ut conspectus noster demonstrat, permultas lectiones bonas, quae in **V** leguntur, aut non accepit aut omisit et, quod mirum est, ne verba quidem omissa supplere studuit. **V** propior est locis nonnullis ceteris codicibus familiae suae, qui correcturas bonas ad **V** habent, quas in **M** non videmus. quodam modo **V** etiam propius quam **M** ad **E** (vel α) accedit, cum aliquot locis cum Germanicis adversus suos consentiat.

Difficile decernendum est, num **M**^{1} a scriba non ita bono directe ex **V** descriptus sit an ex aliquo apographo eius mendosiore. id autem fortasse dicendum est, e Poggianis nonnullos non ab **M** sed potius a quodam gemello eius probatiore pendere aut ad alium codicem correctiorem correctos esse; hoc enim factum est, ut codices hi lacunis carerent, quas **M** solus habet.

Ex aliis codicibus Poggianis hi praecipue nominandi sunt: Laurentianus plut. XLVIII 26, codex Dorvillianus 78, codex Senensis H 96, qui inter illos undecim codices Florentinos erant, quos iam H. Lagomarsinius adhibuerat et quibus fretus etiam A. W. Zumpt a. 1861 editionem suam constituerat. quorum codicum sex certe ad puram familiam Poggianam **n** pertinent, cum ceteri quinque – Lagg. 1, 7, 8, 13, 24 – ab eis distent persaepe et inter se et cum familia Germanica consentientes. id recte

Clark statuit[1]), cum hos quinque Lagomarsinianos n appellavit eorumque
fontem veterem codicem Germanicum, quem a. 1426 Coloniae inventum
Nicolaus Cusanus descripserat, cognovit. apographi Cusani lectionibus
deinde ab Italis cum Poggianis mixtis genus codicum contaminatum
ortum est, quod vix ad textum constituendum aliquid gravius afferre
potest. quod codices n soli habent, numquam fere accipiendum est; ubi
autem n contra Poggianos familiam α adiuvant, hunc consensum plus
auctoritatis habere censeo. quam ob rem horum codicum lectiones in
apparatu citare dignum puto, praesertim cum codices contaminati
dimidium fere (Clarkio affirmante) omnium codicum ad orationes nostras
pertinentium repraesentent. e Lagomarsinianis aliis praecipue Lag. 3,
codex S. Marci 254 (χ), citari meretur, cuius prima manus cum Poggianis χ
consentit, secunda autem correcturis marginalibus contra eos cum n **Lag. 9**
conspirat. deinde lectiones e Lag. 9 nonnumquam affero (duce Früchte-
lio), cui certe non illa fabulosa auctoritas tribuenda est, quam Zumpt ei
dedit, qui eum olim optimum familiae Poggianae miro errore iudicaverat;
quaedam tamen habet, quae aut singularia sunt (e coniecturis ut videtur
librarii) aut etiam nunc cum V[c] locis nonnullis congruentia (e. g. 2, 57;
2,65; 2, 83; 2, 100).

Ceteros omnes saec. XV codices e fonte Poggiano aut Cusano originem
trahentes in apparatu Früchteli exemplum sequens siglo ψ designo, ψ
cum plerique inter se consentiunt, siglo ς, cum unus aut nonnulli dissen- ς
tiunt, quod utilissimum puto ad apparatum ampliorem expediendum.
attamen ex hac codicum recentiorum turba duos proprio nomine in
apparatu notare volui, codicem dico Oxoniensem Canonici 226 (c) c
eique propinquitate adiunctum codicem Parisinum 7779 (k), anno 1459 k
Ticini (Pavia) scriptum. quorum lectiones tum afferre utile censeo, cum
singulares bonasque ignotorum virorum doctorum aetatis litterarum
renatarum coniecturas praebent, quas etiam veteres editores Naugerius,
Angelius, Lauredanus imprimi curaverunt ita, ut incertum esset, utrum
ipsi eas creaverint an e dictis codicibus hauserint. paucis locis etiam
lectiones duorum codicum, quos a. 1979 Monachii vidi, affero. quorum
unus codex Monacensis Clm 15734 Bibliothecae publicae est, olim Salis- s
burgensis 34 aut 35[a], quem Halm et Müller sub siglo s contulerunt. in
Universitatis Monacensis bibliotheca codicem ms 527 inspexi varia ad
rhetoricam spectantia continentem, inter alia etiam textum orationis
tertiae Ciceronianae contra Rullum dictae, saeculo XV exeunte ab
Iohanne Riedner exaratum, qui codicem ad traditionem Cusanam r
spectantem descripsisse videtur. lectio mea pauca attulit, quae sub siglo
r in apparatum inserui.

Inter codices, qui ad orationes nostras spectant, si dignitatis conten-

---

1) Praef. XI sq.

tio quaedam oriatur, nullus eorum, quibus hodie ad archetypi textum explorandum utimur, quidquam habet, quo ceteros clare praecellat. iam enim ex archetypo ipso mutilato atque mendoso codices communia vitia receperunt, praeterea suis quisque claudicat, in omnibus denique via ad archetypum tendens sub correcturis bonis malisque latet, quas multarum generationum scribae virique docti aetatis humanioris fecerunt. verumtamen si aliquo modo nobis decernendum et de malis codicibus meliores statuendi sunt, E cum propinquis integriorem censemus: ubi enim α (aut αn) Poggianis contradicunt, plerumque praeponuntur. quod ne ea quidem re mutari potest, quod nunc rursus Poggii autographon iis praeest.

Pauca nunc de via ac ratione, quam in huius editionis textu parando secutus sim, dicenda sunt. codicem V me ex imaginibus luce pictis legisse iam supra dixi; codices ε, s, r ipse vidi, ceterorum codicum lectiones e prioribus editionibus recepi, praesertim autem ex apparatibus criticis diligenter a Clark atque Früchtel compositis. ab his etiam paucorum editorum antiquorum coniecturas recepi; editionum vetustiorum maiorem partem et editiones recentiores novissimasque perlegi, omnibusque qui ad textum restituendum aut ad aliquam quaestionem solvendam coniectura divinationeque aliquid contulerunt, in apparatu meo locum praebere studui.

Locos graviter corruptos, quorum numerus magnus est, non quanticumque (modo vix meliore) sanare studui, sed aliorum virorum doctorum contextum emendare temptantium optimas coniecturas eligere malui. lacunas, quarum ipse aliquas indicavi, longiores non suppletas reliqui Ciceronis verba incertis impolitisque compensare nolens. ubi codicum consensus non plane abiciendus novis coniecturis opponitur, nonnumquam lectiones manu scriptas, quas alii respuerant, in textum restitui. Früchteli sapientem abstinentiam imitatus pauca mea in textu imprimere ausus sum; quod bonum censebam potius in apparatu commendavi. locis desperatis cruces posui potius quam ut inter diversorum divinationes eligerem. interpunctione copiosius quam Früchtel usus sum.

Quae ad orthographiam spectant, neque archetypum perscrutari neque veterem scribendi rationem servare studui, quod codices non solum inter se discordant, sed etiam diversos scribendi modos in eodem codice praebent librariis aut exempli sui orthographiam servantibus aut temporis sui aut proprium usum adhibentibus. in textu igitur orthographiam communiter usitatam conservo, apparatum criticum orthographiae rebus minime occupo. scripturae menda evidentia more editorum tacite corrigo; de variationibus velut *prae-* / *pre-* (sic V semper), *haec*, *quae* / *hec*, *que* (sic V semper excepto secundae orationis initio, ubi *QVAE*), *intellego* (E) / *intelligo* (V) taceo; variationes velut *maximus* (E) / *maxumus* (V), *iucundus* (E) / *iocundus* (V), *-i* / *-ii* (gen. sg. et. nom. pl.)

non omnibus locis sed summatim semel noto, neque differentiam *decemviri* (**E**) / *Xviri* (**V**) ullius momenti in textu esse censeo, sed in apparatu affero.

In fine praefationis officium carum mihi restat, ut omnibus, qui mihi in editione hac paranda auxilio fuerunt, gratias sincerissimas agam. praecipuas gratias hic exprimere volo professori Carolo Janáček, apud quem olim principia artis criticae percipere studui, et professori Evae Kamínková † et ipsi magistrae meae, quae me opus hoc finientem maxime iuvit.

Pragae, Kal. Iul. a. 1981 V. Marek

CONSPECTVS LIBRORVM

EDITIONES

Io. A. Bussi Aleriensis, Romae 1471 (ed. princ.)
Chr. Valdarfer, Venetiis 1471
Io. A. Bussi Aleriensis, Venetiis 1483
Mediolani 1498
Ph. Beroaldus, Bononiae 1499
J. B. Ascensius, Parisiis 1511; 1522
Ph. Iunta, Venetiis 1515
A. Naugerius, Venetiis 1519 (ed. Ald.)
A. Cratander, Basileae 1528
I. Hervagius, Basileae 1534
A. Naugerius, cum notis P. Victorii, Venetiis 1534
J. Camerarius, Basileae 1540
P. Manutius, Venetiis 1540; 1578 (cum commentario)
D. Lambinus, Lutetiae Parisiorum 1566; Argentorati 1581; Genevae 1584
P. Ramus, Parisiis 1580
I. Gruterus, Hamburgi 1617–1619; Londini 1680–1681
Lugduni Batavorum, ex officina Elseviriana 1642
P. C. de Merouville, Parisiis 1684
I. G. Graevius, Amstelodami 1695–1699
M. A. Ferratus, Patavii 1773
J. A. Ernesti, Halis Saxonum 1773
C. Garatoni, Neapoli 1777–1778
Chr. D. Beck, Lipsiae 1795
Chr. G. Schütz, Lipsiae 1815
J. C. Orelli, Turici 1826–1831; ed. alt. post mortem eius cur. J. G. Baiter et C. Halm, Turici 1856
C. A. Schmidt, Lipsiae 1839 (cum commentario)
C. Halm, Lipsiae 1852; 1863
C. L. Kayser, Lipsiae 1861
C. F. W. Müller, Lipsiae (Teubner) 1885
A. C. Clark, Oxonii 1909
H. G. Hodge, New York–London 1927 (Loeb Classical Library)
J. H. Freese, Londini 1930 (cum Anglica translatione)
L. Früchtel, Lipsiae (Teubner) 1932
J. Vergès, Barcinone 1964 (cum Hispanica translatione)
H. Kasten, Berolini 1969 (cum Germanica translatione)

Editiones singulares

A. W. Zumpt, de lege agraria orationes tres, Berolini 1861
A. Boulanger, Sur la loi agraire, pour C. Rabirius, éd. et trad., Paris 1932
L. d'Amore, oratio secunda de lege agraria, Mediolani 1938
L. Agnes, La prima orazione de lege agraria, Torino 1941
E. V. d'Arbela, de lege agraria orationes tres, Milano 1967

DISPVTATIONES CRITICAE

Angelius, N., emendationes in ed. Iuntina 1515
Augustinus, A., Emendationum et opinionum libri IV, Venetiis 1543

Budaeus, G., coniecturae in ed. Ascensiana 1522
Büchner, F., Progr. Schwerin 1866

Castiglioni, L., censura ed. Früchtel, Athenaeum 13, 1935, 133sqq.
Clark, A. C., Inventa Italorum, being a contribution to the text criticism of Cicero . . ., Anecdota Oxoniensia XI, Oxford 1909

Garatoni, G., coniecturae in ed. Orelli-Baiter-Halm 1856
Gebhardt, H. C. F., Observationes criticae in Ciceronis orationes de lege agraria, Curiae Regnit. 1839, 1844, 1851
Gulielmius, J., coniecturae in ed. Gruteri 1618 obviae

Housman, A. E., Ciceroniana (leg. agr. 2, 93), Journ. of Philol. 32, 1912/13, 261sqq.

Kahnt, G., Animadversiones in nonnullos locos Tullianos, Progr. Zeitz 1829
Karsten, H. Th., Mnemosyne n. s. 6, 1878, 283sqq.; 432sqq.
Koch, H. A., Coniectanea Tulliana, Progr. Pforte 1868

Madvig, J. N., Adversaria critica II, Hauniae 1873; III, Hauniae 1884
—, Opuscula academica I, Hauniae 1834
—, Philologus 2, 1847, 141sqq.
Mommsen, Th., coniecturae in ed. Orelli-Baiter-Halm citatae
Muretus, M. A., Variae lectiones, Venetiis 1559

Pantagathus, O., coniecturae in ed. Kayser 1861
Pluygers, W. G., Mnemosyne 7, 1858, 347sqq.
—, (ed. C. G. Cobet) Mnemosyne n. s. 9, 1881, 131sqq.

Richter, F., Jahrbb. f. class. Philol. 9, 1863, 251sqq.

Schwarz, H., Miscellanea philologica, Diss. Tübingen 1878
—, Coniectanea critica, Tübingen 1883
Shackleton Bailey, D. R., On Cicero's Speeches, Harvard Studies in Class. Philol. 83, 1979, 254–256
Stangl, Th., censura ed. Clark, BPhW 1910, 169sqq.
Stowasser, J., Wiener Studien 4, 1881, 279
Sydow, R., Kritische Beiträge zu Ciceros Reden, Philologus 92, 1937, 223sqq.
—, Kritische Beiträge zu Cicero, RhM 92, 1943, 184sqq.

Turnebus, A., Adversariorum tomi III, Basileae 1581

Wesenberg, A. S., Kritiske Bemaerkninger, Viborg 1836

Zieliński, Th., Das Clauselgesetz in Ciceros Reden (Philologus Suppl. IX 4), Leipzig 1904

DISPVTATIONES SINGVLARES SELECTAE

Afzelius, A., Das Ackerverteilungsgesetz des P. Servilius Rullus, C & M 3, 1940, 214sqq.
Agnes, L., Intorno alla rogatio Servilia, RFIC 71, 1943, 35sqq.

Badian, E., The Testament of Ptolemy Alexander, RhM 110, 1967, 178sqq.
Blondel, J. E., Histoire économique de la conspiration de Catilina, Paris 1893
Bona, F., Sul concetto di manubiae e sulla responsibilità del magistrato in ordine alla preda, SDHI 26, 1960, 106sqq.
Bouché-Leclercq, A., Histoire des Lagides, t. II, Paris 1902, 118sqq.

Brożek, M., De Ciceronis orationibus consularibus, Acta sessionis Ciceronianae Varsoviae 1957, 63sqq.
Brunt, A. P., The Army and the Land in the Roman Revolution, JRS 52, 1962, 69sqq.
–, Italian Manpower, 225 B. C. – A. D. 14, Oxford 1971, 296sqq.

Carcopino, J., Autour des Gracques, Paris 1967², 146sqq.
Carpino, E. P., Primae de lege agraria orationis M. T. Ciceronis de rationibus, artificio, historia, 1927
Ciaceri, E., Cicerone e i suoi tempi, vol. I, Milano 1941², 192sqq.

Dreyfuss, R., Essai sur les lois agraires sous la République romaine, Paris 1898
Drumann, W. – Groebe, P., Geschichte Roms in seinem Übergang von der republikanischen zur monarchischen Verfassung, V, Leipzig 1912–1919

Flach, D., Die Ackergesetzgebung im Zeitalter der römischen Revolution, HZ 217, 1973, 265sqq.

Gabba, E., Cicerone e la falsificazione dei senati consulti, SCO 10, 1961, 89sqq.
–, Nota sulla rogatio agraria di P. Servilio Rullo, Mélanges Piganiol éd. par R. Chévalier, Paris 1966, 769sqq.
Gelzer, M., Caesar, der Politiker und Staatsmann, Wiesbaden 1960⁶, 38sqq.
–, Cicero. Ein biographischer Versuch, Wiesbaden 1969
Günther, R., Die Entstehung des Kolonats im 1. Jahrhundert v. u. Z. in Italien, Klio 43–45, 1965, 249sqq.

Haenicke, J., Zu Ciceros Reden de lege agraria, Progr. K. Wilh. Gymn. Stettin 1883
Hardy, E. G., The Policy of the Rullian Proposal in 63 B. C., JPh 32, 1912/13, 228sqq.
–, Some Problems in Roman History (Chapt. III), Oxford 1924
Harvey, P. B., Cicero's orations de lege agraria. Studies and essays with a commentary on the third oration, Ann Arbor 1972
Havas, L., Un programme social et économique au déclin de la république romaine, Acta class. Univ. Debrec. 2, 1966, 29sqq.
–, La rogatio Servilia. Contribution à l'étude de la propriété terrienne à l'époque du déclin de la république romaine, Oikumene 1 (Budapest), 1976, 131sqq.
Helm, D., Zur Redaktion der Ciceronischen Konsulatsreden, Diss. Göttingen 1979
Humbert, J., Les plaidoyers écrits et les plaidoiries réelles de Cicéron, Paris 1925

Johanneman, E. J., Cicero und Pompeius in ihrer wechselseitigen Beziehung bis zum Jahre 51 v. Chr., Diss. München 1935
Jonkers, E. J., Social and Economic Commentary on Cicero's De lege agraria orationes tres, Leiden 1963

Krawczuk, A., Le de lege agraria III de Cicéron et le projet de loi de L. Flavius de l'an 60, Eos 50, 1959/1960, 123sqq.
Kuziščin, V. I., Očerki po istorii zemledelija Italii II v. do n. ė. – I v. n. ė., Moskva 1966

Laurand, L., Les manuscrits de Cicéron, REL 11, 1933, 92sqq.
–, Encore les Lagomarsiniani, RPh 7, 1933, 370sqq.
–, Etudes sur le style des discours de Cicéron, I–III, Paris 1936–1940⁴
Liscu, M. O., Senatsreden und Volksreden bei Cicero, Diss. Kiel, Würzburg 1937
Livšic, G. M., Social'no-političeskaja borba v Rime 60. gg. I v. do n. ė. i zagovor Katiliny, Minsk 1960
Luzzato, G. I., Ancora sulla proposta di legge agraria di P. Servilio Rullo, BIDR 69, 1966, 85sqq.

Marchi, A. de, Intorno a Cic. de lege agr. II, 36, RFIC 30, 1902, 270sqq.
Martin, R., Recherches sur les agronomes latins et leurs conceptions économiques et sociales, Paris 1971

McDermott, W. C., Cicero's publication of his consular orations, Philologus 116, 1972, 177sqq.
Meier, Ch., Ciceros Konsulat, in: Cicero, ein Mensch seiner Zeit, ed. G. Radke, Berlin 1968, 82sqq.
Meyer, E., Caesars Monarchie und das Principat des Pompejus, Leipzig 1922²
Mohler, S. L., Sentina rei publicae, compaign issues 63 B. C., ClW 29, 1936, 83sqq.
Münzer, F., RE 2 A, 1923, 1808sq. (s. v. Servilius 80)
Nicolet, Cl., La réforme des comices de 179 av. J.-C., RHD 3, 1961, 351 [ad leg. agr. 2, 4]
–, Cicéron, Platon et le vote secret, Historia 19, 1970, 39sqq.
–, Les finitores ex equestri loco de la loi Servilia de 63 av. J.-C., Latomus 29, 1970, 72sqq.
–, L'ordre équestre à l'époque républicaine, I, Paris 1966, 414
Norden, E., Die antike Kunstprosa, Leipzig 1915, 212sqq.
Olshausen, E., Rom und Ägypten von 116 bis 51 v. Chr., Diss. Erlangen 1963
Park, M. E., The Plebs in Cicero's days, Diss. Bryn Mawr Coll. 1918
Rawson, B., De lege agraria 2, 49, ClPh 66, 1971, 26sqq.
Sage, F. T., Cicero and the agrarian proposal of 63 B. C., CJ 16, 1921, 230sqq.
Schanz, M. – Hosius, C., Geschichte der römischen Literatur I, München 1927⁴, 417sq.
Schreckenberg, W., Ciceros Verhältnis zu den Gracchen und ihren revolutionären Nachfolgern, Köln 1950
Settle, J. N., The publication of Cicero's orations, Diss. Univ. of North Carolina 1962
Shatzman, I., The Roman general's authority over booty, Historia 21, 1972, 177sqq.
Stockton, D., Cicero and the ager Campanus. TAPhA 93, 1962, 471sq.
Strasburger, H., Caesars Eintritt in die Geschichte, München 1938, 114sqq.
Sumner, G. V., Cicero, Pompeius and Rullus, TAPhA 97, 1966, 569sqq.
Utčenko, S. L., Cicerone e il suo tempo, Roma 1975, 116sqq.
Vogel, K. H., Zur rechtlichen Behandlung der römischen Kriegsgewinne, ZSS 66, 1948, 394sqq.
Volterra, E., Le testament de Ptolémée Alexandre II, roi d'Egypte, BIE 21, 1938/1939, 97sqq.
Ward, A. M., Cicero's Fight against Crassus and Caesar in 65 and 63 B. C., Historia 21, 1972, 244sqq.
Ward, A. M. Jr., Ad familiares 5, 7: Cicero, Pompey, Posidonius and the Scipio-Laelius Myth, Ann Arbor 1968, 94sqq.

TESTIMONIA

DE LEGE SERVILIA

Plut. Cic. 12 . . . *νόμους εἰσῆγον οἱ δήμαρχοι . . . δεκαδαρχίαν καθιστάντες ἀν-
δρῶν αὐτοκρατόρων, οἷς ἐφεῖτο πάσης μὲν Ἰταλίας, πάσης δὲ Συρίας καὶ ὅσα διὰ
Πομπηίου νεωστὶ προσώριστο κυρίους ὄντας πωλεῖν τὰ δημόσια, κρίνειν οὓς δοκοίη,
φυγάδας ἐκβάλλειν, συνοικίζειν πόλεις, χρήματα λαμβάνειν ἐκ τοῦ ταμιείου, στρα-
τιώτας τρέφειν καὶ καταλέγειν ὁπόσων δέοιντο. διὸ καὶ τῷ νόμῳ προσεῖχον ἄλλοι τε
τῶν ἐπιφανῶν καὶ πρῶτος Ἀντώνιος ὁ τοῦ Κικέρωνος συνάρχων ὡς τῶν δέκα γενη-
σόμενος. ἐδόκει δὲ καὶ τὸν Κατιλίνα νεωτερισμὸν εἰδὼς οὐ δυσχεραίνειν ὑπὸ πλήθους
δανείων· ὃ μάλιστα τοῖς ἀρίστοις φόβον παρεῖχεν. καὶ τοῦτο πρῶτον θεραπεύων ὁ
Κικέρων ἐκείνῳ μὲν ἐψηφίσατο τῶν ἐπαρχιῶν Μακεδονίαν, αὐτῷ δὲ τὴν Γαλατίαν
διδομένην παρῃτήσατο, καὶ κατειργάσατο τῇ χάριτι ταύτῃ τὸν Ἀντώνιον ὥσπερ
ὑποκριτὴν ἔμμισθον αὐτῷ τὰ δεύτερα λέγειν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ὡς δ' οὗτος ἑαλώκει
καὶ χειροήθης ἐγεγόνει, μᾶλλον ἤδη θαρρῶν ὁ Κικέρων ἐνίστατο πρὸς τοὺς καινο-
τομοῦντας. ἐν μὲν οὖν τῇ βουλῇ κατηγορίαν τινὰ τοῦ νόμου διαθέμενος οὕτως ἐξ-
έπληξεν αὐτοὺς τοὺς εἰσφέροντας ὥστε μηδὲν' ἀντιλέγειν. ἐπεὶ δ' αὖθις ἐπεχείρουν καὶ
παρασκευασάμενοι προεκαλοῦντο τοὺς ὑπάτους ἐπὶ τὸν δῆμον, οὐδὲν ὑποδείσας ὁ
Κικέρων, ἀλλὰ τὴν βουλὴν ἕπεσθαι κελεύσας καὶ προελθὼν οὐ μόνον ἐκεῖνον ἐξ-
έτοσοῦτον τῷ νόμον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἀπογνῶναι τοὺς δημάρχους ἐποίησε παρὰ
βαλε τὸν λόγῳ κρατηθέντας ὑπ' αὐτοῦ.*

*Cass. Dio 37, 25, 4 οἱ γὰρ δήμαρχοι τὸν Ἀντώνιον τὸν ὕπατον ὁμοιοτροπώτατόν
σφισιν ὄντα προσλαβόντες, ὁ μέν τις τοὺς παῖδας τῶν ὑπὸ τοῦ Σύλλου ἐκπεσόντων
πρὸς τὰς ἀρχὰς ἦγεν, ὁ δὲ τῷ τε Παίτῳ τῷ Πουπλίῳ καὶ τῷ Σύλλᾳ τῷ Κορνηλίῳ
τῷ μετ' αὐτοῦ ἁλόντι τό τε βουλεύειν καὶ τὸ ἄρχειν ἐξεῖναι ἐδίδου, ἄλλος χρεῶν
ἀποκοπάς, ἄλλος κληρουχίας καὶ ἐν τῇ Ἰταλίᾳ καὶ ἐν τῇ ὑπηκόῳ γενέσθαι ἐσηγεῖτο.*

Cic. Sull. 65 Kalendis Ianuariis cum in Capitolium nos senatum convocasse-
mus . . . ex illo tempore L. Caecilius egit de re publica multa; agrariae legi, quae tota
a me reprehensa et abiecta est, se intercessorem fore professus est, improbis largi-
tionibus restitit, senatus auctoritatem numquam impedivit . . .

Cic. fam. 8, 6, 5 (scr. Caelius) transfugit (*Curio*) ad populum et pro Caesare
loqui coepit legemque viariam non dissimilem agrariae Rulli . . . iactavit.

DE CICERONIS ORATIONIBVS

Cic. Att. 2, 1, 3 fuit enim mihi commodum . . . curare, ut meae quoque essent
orationes, quae consulares nominarentur: quarum una est in senatu Kal. Ianuariis,
altera ad populum de lege agraria . . .; sunt praeterea duae breves quasi *ἀποσπασμάτια*
legis agrariae.

Cic. Pis. 4 ego Kalendis Ianuariis senatum et bonos omnis legis agrariae maxi-
marumque largitionum metu liberavi. ego agrum Campanum, si dividi non oportuit,
conservavi, si oportuit, melioribus auctoribus reservavi. *cf. fam. 1, 9, 12.*

Cic. fam. 13, 4, 1–2 (*Volaterrani*) summo studio p. R. a me in consulatu meo defensi sunt. cum tribuni plebis legem iniquissimam de eorum agris promulgavissent, facile senatui populoque R. persuasi . . . ut eos cives, quibus fortuna pepercisset, salvos esse vellent.

Cic. Rab. perd. r. 32

Plin. n. h. 7, 117 sed quo te, M. Tulli, piaculo taceam quove maxime excellentem praedicem? quo potius quam universi populi illius gentis amplissimo testimonio, e tota vita tua consulatus tantum operibus electis? te dicente legem agrariam, hoc est alimenta sua, abdicaverunt cives.

Quint. inst. 2, 16, 7 aut non divina M. Tulli eloquentia contra leges agrarias fuit?

SIGLA CODICVM

E	= codex Erfurtensis, nunc Berolinensis lat. fol. 252, saec. XII
e	= cod. Palatinus 1525, a. 1467 scriptus
ε	= cod. Erlangensis 618, a. 1466 scriptus
α	= codd. **Ee***ε*
π	= codicis Pithoeani lectiones margini exemplaris Heidelbergensis 262ª N. 18 adscriptae
V	= cod. Vaticanus Latinus 11458, a. 1417 a Poggio exaratus
M	= cod. Laurentianus Conv. Soppr. 13, olim Abbatiae Florentinae CL II 39
n	= codd. familiae Cusanae, post a. 1426 scripti, a Lagomarsinio sub n. **1, 7, 8, 13, 24** collati
χ	= cod. S. Marci 254 (Lag. 3)
Lag. 9	= codex unus a Lagomarsinio adhibitus, saec. XV
ψ	= codices reliqui saec. XV plerique consentientes
ς	= codicum reliquorum saec. XV unus vel nonnulli dissentientes; nonnumquam etiam hi codices suo nomine indicantur:

- **c** = cod. Oxoniensis Canonici 226
- **k** = cod. Parisinus 7779, a. 1459 scriptus
- **s** = cod. Monacensis Clm 15734
- **r** = cod. Monacensis 527, fin. saec. XV

ω (vel *cett.*) = consensus codicum omnium (vel ceterorum omnium)

NOTAE

Ang.	= Angelius	*Karst.*	= Karsten	*Pluyg.*	= Pluygers
Bai.	= Baiter	*Kays.*	= Kayser	*Put.*	= Puteanus
Ber.	= Beroaldus	*AKl.*	= A. Klotz	*Ri.*	= Richter
Boul.	= Boulanger	*RKl.*	= R. Klotz	*Schue.*	= Schütz
Cast.	= Castiglioni	*Lamb.*	= Lambinus	*Schw.*	= Schwarz
Cl.	= Clark	*Laur.*	= Lauredanus	*Sh. B.*	= Shackleton Bialey
Ern.	= Ernesti	*Madv.*	= Madvig	*Syd.*	= Sydow
Fr.	= Früchtel	*Man.*	= Manutius	*Torr.*	= Torrentius
Gar.	= Garatoni	*Mom.*	= Mommsen	*Turn.*	= Turnebus
Gebh.	= Gebhardt	*Mue.*	= C. F. W. Müller	*Uss.*	= Ussing
Graev.	= Graevius	*Mur.*	= Muretus	*Wesenb.*	= Wesenberg
Grut.	= Gruterus	*Naug.*	= Naugerius	*Wu.*	= Wunder
Gul.	= Gulielmius	*Or.*	= Orelli	*Ziel.*	= Zieliński
Ha.	= Halm	*Pant.*	= Pantagathus	*Zu.*	= Zumpt
Herv.	= ed. Hervagiana	*Pith.*	= Pithoeus		

M. TVLLI CICERONIS
DE LEGE AGRARIA ORATIO PRIMA
CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TR. PLEBIS
IN SENATV

FRAGMENTA

1 Cicero . . . Kalendis Ianuariis de lege agraria 'inberba iuventute'. *Char. GL I 95, 20 Keil = 122, 13 Barwick*

2 Haec figura (*διεζευγμένον*) ita ornat et amplificat orationem . . . hoc modo: 'Capuam colonis deductis occupabunt, Atellam praesidio 5 communient, Nuceriam, Cumas multitudine suorum obtinebunt, cetera oppida praesidiis devincient.' *Aqu. Rom. 43 RL 36, 3; Mart. Cap. 537 RL 482, 23*

3 Tale est et illud: 'venibit igitur sub praecone tota Propontis atque Hellespontus, addicetur omnis ora Lyciorum atque Cilicum, Mysia et 10 Phrygia eidem condicioni legique parebunt.' *Aqu. Rom. ibid.*

4 'praedam, manubias, sectionem, castra denique Cn. Pompei sedente imperatore decemviri vendent.' *Gell. 13, 25, 6; Non. 432, 29*

1 **1** ***] quae res aperte petebatur, ea nunc occulte cuniculis oppugnatur. dicent enim decemviri, id quod et dicitur a multis et saepe dictum est,

fr. 1 *cf. or. 2, 45* || **fr. 2** *cf. or. 2, 86* || **fr. 3** *cf. or. 2, 50–51* || **fr. 4** *cf. or. 2, 53–54*

inscr.: incipit liber de lege agraria primus in rullum **E** sequitur liber primus de lege agraria *ε* m. tullii ciceronis de agraria lege contra rullum tr. pl. incipit **V** (*in marg.:* in quodam antiquo volumine deficiunt due charte in principio, quare hoc non est principium orationis [*similiter* **M** *ψ*]), *cf. Cic. Att. 2, 3, 3* oratio in senatu Kal. Ianuariis (*cf. leg. agr. 2, 6*); *Gell. 13, 25, 4* de lege agraria Kalendis Ianuariis contra Rullum || 5 Cumas *Aqu. Rom.* cum hac *Mart. Cap.* || 8 venibit *Or.* veniet *codd.* | veniet igitur sub praeconem *H. Stephanus* || 9 omnis *Bai.* communis *codd.* || 10 eidem *Or.* idem *codd.* || 13 ⟨Aegyptus⟩ quae ante aperte *Mom.* | res *ω* regio *Zu.* | apte *ε* | occulte *del. Ruhnken* || 14 decemviri *α* Xviri **VM** *alii* (*multum in hoc variatur*)

post eosdem consules regis Alexandrini testamento regnum illud populi Romani esse factum. dabitis igitur Alexandriam clam petentibus iis, quibus apertissime pugnantibus restitistis? haec, per deos immortales, utrum esse vobis consilia siccorum an vinulentorum somnia, et utrum cogitata sapientium an optata furiosorum videntur? 5

2 Videte nunc, proximo capite ut impurus helluo turbet rem publicam, ut a maioribus nostris possessiones relictas disperdat ac dissipet, ut sit non minus in populi Romani patrimonio nepos quam in suo. perscribit in sua lege vectigalia, quae decemviri vendant – hoc est, proscribit auctionem publicorum bonorum. agros emi vult, qui dividantur; quaerit 10 pecuniam. videlicet excogitabit aliquid atque adferet. nam superioribus capitibus dignitas populi Romani violabatur, nomen imperii in commune odium orbis terrae vocabatur, urbes pacatae, agri sociorum, regum status decemviris donabantur; nunc praesens ⟨et⟩ certa pecunia numera-

3 ta quaeritur. exspecto quid tribunus plebis vigilans et acutus excogitet. 15 'veneat' inquit 'silva Scantia'. utrum tandem hanc silvam in relictis possessionibus an in censorum pascuis invenisti? si quid est, quod indagaris, inveneris, ex tenebris erueris, quamquam iniquum est, tamen consume sane, quod commodum est, quoniam quidem tu attulisti; silvam vero tu Scantiam vendas nobis consulibus atque hoc senatu? 20 tu ullum vectigal attingas, tu populo Romano subsidia belli, tu ornamenta pacis eripias? tum vero hoc me inertiorem consulem iudicabo quam illos fortissimos viros, qui apud maiores nostros fuerunt, quod, quae vectigalia illis consulibus populo Romano parta sunt, ea me consule

2 / 4 ne retineri quidem potuisse iudicabuntur. vendit Italiae possessiones ex 25 ordine omnes. sane est in eo diligens; nullam enim praetermittit. persequitur in tabulis censoriis totam Siciliam; nullum aedificium, nullos

§ 1 (post eosdem consules) *i. e. L. Sulla Q. Pompeio coss., a. 88* | (regis Alexandrini) *cf. or. 2, 41–44* || **§ 2** (ut sit . . . nepos) *or. 2, 48* | (perscribit auctionem) *or. 2, 48* || **§ 4** (persequitur in tabulis . . .) *or. 2, 48sq.*

1 alexandrini χ^1 alexandri ω π Alexae *RKl. ex 2, 41* | testamentum illud **n** χ^2 || 1.2 p.R.M **n** (*semper fere*) || 2 iis *om.* ε his *Lag. 9 Zu.* || 3 repugnantibus ς || 4 vinolentorum χ *Lag. 9* vininolentorum **E** || 5 sapientium **E** sapientum *cett. praeter* ε (somniantium) || 6 impurus] impunis *Lag. 9* | heluo **E** hellico ε bello *Lag. 9* | turbetur π tuber χ ψ || 8 nepos] heres α | perscribit **EV** proscribit *cett.* || 9 proscribit e *ed. Venet. 1471* perscribit ω || 10 agros . . . 11 adferet *del. Schw. Progr. Hirschberg 1883* || 11 videlicet *om.* **E** || 14 condonabantur *Put.* | *supplevi* | pecunia, certa *Cl.* | numerata **E** (*supra lineam*) **V** *om. cett., del. Wu.* || 15 petitur *Lag. 9 Zu.* | expecto **VM** || 16 veneat **E** e veniat *cett.* || 18.19 consume sane tamen **E** tamen consume ε consume sane **n** consume sane tantum *Ha.* || 19 quod *Or.* quoniam ω qm̄ **V** quando *Lag. 9* cum *Wu.* quantum *Ha.* | quando quidem *Lag. 9 Zu.* || 20 huic senatui **E** || 21 nullum **n** | attingas *om. Lag. 9* || 22 tu vero . . . iudicabis *cod. Torr.* || 25 potius se ε π posse **n** χ^2 (potuisse *ex* posse **V**) || 26 nulla **n** χ^2 nullum *Lag. 9* || 27 in] enim in ε e ut in *Put.* | censoris **E**

agros relinquit. audistis auctionem populi Romani proscriptam a tribuno plebis, constitutam in mensem Ianuarium, et, credo, non dubitatis, quin idcirco haec aerarii causa non vendiderint ii, qui armis et virtute pepererunt, ut esset, quod nos largitionis causa venderemus.

5 Videte nunc, quo adfectent iter apertius quam antea. nam superiore **5** parte legis quem ad modum Pompeium oppugnarent, a me indicati sunt; nunc iam se ipsi indicabunt. iubent venire agros Attalensium atque Olympenorum, quos populo Romano ⟨P.⟩ Servilii, fortissimi viri, victoria adiunxit, deinde agros in Macedonia regios, qui partim T. 10 Flaminini, partim L. Pauli, qui Persen vicit, virtute parti sunt, deinde agrum optimum et fructuosissimum Corinthium, qui L. Mummi imperio ac felicitate ad vectigalia populi Romani adiunctus est, post autem agros in Hispania apud Carthaginem novam duorum Scipionum eximia virtute possessos; tum ipsam veterem Carthaginem vendunt, quam P. Africanus 15 nudatam tectis ac moenibus sive ad notandam Carthaginiensium calamitatem sive ad testificandam nostram victoriam sive oblata aliqua religione ad aeternam hominum memoriam consecravit. his insignibus atque **6** infulis imperii venditis, quibus ornatam nobis maiores nostri rem publicam tradiderunt, iubent eos agros venire, quos rex Mithridates in 20 Paphlagonia, Ponto Cappadociaque possederit. num obscure videntur prope hasta praeconis insectari Cn. Pompei exercitum, qui venire iubeant eos ipsos agros, in quibus ille etiam nunc bellum gerat atque versetur?

Hoc vero cuius modi est, quod eius auctionis, quam constituunt, **3** **7** locum sibi nullum definiunt? nam decemviris, quibus in locis ipsis 25 videatur, vendendi potestas lege permittitur. censoribus vectigalia locare nisi in conspectu populi Romani non licet; his vendere vel in ultimis terris licebit? at hoc etiam nequissimi homines consumptis patrimoniis faciunt, ut in atriis auctionariis potius quam in triviis aut in compitis auctionentur; hic permittit sua lege decemviris, ut in quibus

§ 5 (agros Attalensium) *cf. or. 2, 50 sqq.* | (sive oblata ... religione) *v. Appian. b. c. 1, 24* || **§ 6** *ad Cn. Pompeium v. or. 2, 53–54*

1 reliquit *ε* | p. r. **Vn** | perscriptam **χ** || 2 dubitabitis **χ** *Zu.* dubitastis *Pluyg. 1858* || 3 hii *ε* || 4 peperunt ... vos ... venderemini **n** χ^2 || 5 quo adfectent *RKl.* quo affecerit *ε* quoad (quod ad **M**) fecerit *ω* quod adf. iter *Uss.* quo adfectarint *Man.* | aptius **n** || 6 a me] ante *ε* || 7 iubet *Ri. cf. l. 19* || 8 quos *Lamb.* hos *ω* | ⟨P.⟩ *Laur.* (*ex 2, 50*) || 10 flaminii *vel* flamm- *ω* *corr. Man.* | qui Persen vicit *del. Pluyg. 1881* (*an post* Flaminini *addendum* qui Philippum?) | persem *ς* || 11 opimum *Lamb.* | nimmii **E** numinii *ε* || 13 karth- **E** (*semper, sed in l. 14* cart-) chart- **χ** || 14 tum vero **E** | veterem *om. ε* | affricanus *ε alii* || 15 atque **E** || 16 oblata aliqua religione *Ha.* ad -am (ablatam *Lag. 9*) -am -em *ω* ob -am -am -em *apud Or. nescio quis* | regionem **n** || 17 insigniis **E** || 18 insulis *ς* | vobis **n** | vestri **n** || 19 iubent *Naug.* iubet *ω π* iubes *ς* || 21 Cn. Pompeium qui *Pluyg. 1881* || 22 etiam ille **E** | gerit **n** || 23 eius modi **M χ ψ** || 24 ipsis *om.* **n** || 29 competis *ς* | auctionantur **E**

commodum sit tenebris, ut in qua velint solitudine bona populi Romani
8 possint divendere. iam illa omnibus in provinciis, regnis, liberis populis
quam acerba, quam formidolosa, quam quaestuosa concursatio decem-
viralis futura sit, non videtis? hereditatum obeundarum causa quibus
vos legationes dedistis, qui et privati et privatum ad negotium exierunt, 5
non maximis opibus neque summa auctoritate praediti, tamen auditis
9 profecto, quam graves eorum adventus sociis nostris esse soleant. quam
ob rem quid putatis impendere hac lege omnibus gentibus terroris et
mali, cum immittantur in orbem terrarum decemviri summo cum im-
perio, summa cum avaritia infinitaque omnium rerum cupiditate? 10
quorum cum adventus graves, cum fasces formidolosi, tum vero iudicium
ac potestas erit non ferenda. licebit enim, quod videbitur, publicum
iudicare, quod iudicarint, vendere. etiam illud, quod homines sancti non
facient, ut pecuniam accipiant, ne vendant, tamen id iis ipsum per legem
licebit. hinc vos quas spoliationes, quas pactiones, quam denique in 15
10 omnibus locis nundinationem iuris ac fortunarum fore putatis? etenim
quod superiore parte legis praefinitum fuit, 'SVLLA ET POMPEIO CON-
4 SVLIBVS', id rursus liberum infinitumque fecerunt. iubet enim eosdem
decemviros omnibus agris publicis pergrande vectigal imponere, ut idem
possint et liberare agros, quos commodum sit, et, quos ipsis libeat, 20
publicare. quo in iudicio perspici non potest, utrum severitas acerbior
an benignitas quaestuosior sit futura.

Sunt tamen in tota lege exceptiones duae, non tam iniquae quam
suspiciosae. excipit enim in vectigali imponendo agrum Recentoricum
Siciliensem, in vendendis agris eos agros, de quibus cautum sit foedere. 25
11 hi sunt in Africa, qui ab Hiempsale possidentur. hic quaero, si Hiempsali
satis est cautum foedere et Recentoricus ager privatus est, quid attinuerit
excipi; sin et foedus illud habet aliquam dubitationem et ager Recentori-
cus dicitur nonnumquam esse publicus, quem putet existimaturum duas
causas in orbe terrarum repertas, quibus gratis parceret. num quisnam 30

§ 8 (hereditatum ... causa) *cf. or. 2, 45* || **§ 9** *cf. or. 2, 46* || **§10** *cf. or. 2, 35. 38. 56* | (agrum Recentoricum) *v. or. 2, 57 sq.*

1 ut] aut *Man.* vel *Ha.* || 2 possint divendere] vendant **E** | vendere *Lag. 9 Zu.* | in *om.* **s** || 3 formidulosa ς || 4 hereditatem ε || 5 privatim ad **n** χ^2 || 7 vestris **E** || 9 immittantur (immitantur ε) α immutantur π mutantur **VM** mittantur *cett.* || 10 rerum omnium **E** || 11 tum fasces **V** ς et *Zu.* || 14 pecunia **M** | id quod ipsum ε || 15 spoliationes] sponsiones *Pith.* || 16 mundinationem ς nudationem *Lag. 7* | fore] esse **M** | etenim] etiam *Mom.* || 17 quid **E** || 18 *an* iubent? | enim α *om. cett.* || 19 iisdem **n** || 20 quod ipsis **M** || 22 futura *om.* **n** χ^2 || 24 enim **E e** *Lag. 9* *om. cett.* | vectigal (*om.* in) *Lag. 9* | recentoricum ω censorium *Zu.* (*cf. Verr. 3, 13*) recep- toricum *Jonkers, Comm. 27* || 25 sit sine foedere **E** || 27 recentori α **n** recentori- us χ | attinuerit α **n** χ^2 attinet *cett.* || 29 existimarum ε π || 30 quibus] quare his agris *Lamb.* | perciperet **E** | num *Laur.* nunc ω (hunc *Lag. 9*)

tam abstrusus usquam nummus videtur, quem non architecti huiusce
legis olfecerint? provincias, civitates liberas, socios, amicos reges denique
exhauriunt, admovent manus vectigalibus populi Romani. non est
satis. audite, audite vos, qui amplissimo populi senatusque iudicio 12
5 exercitus habuistis et bella gessistis: quod ad quemque pervenerit ex
praeda, ex manubiis, ex auro coronario, quod neque consumptum in
monumento neque in aerarium relatum sit, id ad decemviros referri iubet.
hoc capite multa sperant. in omnes imperatores heredesque eorum
quaestionem suo iudicio comparant, sed maximam pecuniam se a
10 Fausto ablaturos arbitrantur. quam causam suscipere iurati iudices
noluerunt, hanc isti decemviri susceperunt: idcirco a iudicibus fortasse
praetermissam esse arbitrantur, quod sit ipsis reservata. deinde etiam 13
in reliquum tempus diligentissime sancit, ut, quod quisque imperator
habeat pecuniae, protinus ad decemviros deferat. hic tamen excipit
15 Pompeium — simillime, ut mihi videtur, atque ut illa lege, qua peregrini
Roma eiciuntur, Glaucippus excipitur. non enim hac exceptione unus
adficitur beneficio, sed unus privatur iniuria. sed cui manubias remittit,
in huius vectigalia invadit: iubet enim pecunia, si qua post nos consules
ex novis vectigalibus recipiatur, hac uti decemviros, quasi vero non
20 intellegamus haec eos vectigalia, quae Cn. Pompeius adiunxerit, vendere
cogitare.

Videtis iam, patres conscripti, omnibus rebus et modis constructam et 5 14
coacervatam pecuniam decemviralem. minuetur huius pecuniae invidia;
consumetur enim in agrorum emptionibus. optime. quis ergo emet agros
25 istos? idem decemviri; tu, Rulle, (missos enim facio ceteros) emes, quod

§ 11 (architecti huiusce legis) *cf. et §§ 16. 22, or. 2, 10. 20. 23. 65* (*v. et Rosc. Amer. 132; Cluent. 60*) || **§ 12** (ex praeda, ex manubiis) *cf. or. 2, 59; Gell. 13, 25, 6; Non. 432, 29; Gloss. Lat. 4, 28; Ps. Ascon. 224, 5* (*St.*); *Schol. Gronov. 213* (*St.*) | (quam causam) *cf. Cic. Cluent. 94* || **§ 13** (ad decemviros deferat) *cf. or. 2, 59. 61* | (excipit Pompeium) *cf. or. 2, 60–62* | (ut illa lege) *lex Papia a. 65 lata*

1 tam **k** *ed. Rom. 1471* tandem ω tandem tam *RKl.* | nummus usquam *Lag. 9* || 2 obfecerint **M**ς defecerint *Lag. 9* || 4 audite *bis* α *semel cett.* || 5 pervenerit **E** pervenit aut pervenerit (pervenit ε**e**) *cett.* pervenit pervenerit *ed. Ald.* || 6 manibus α$\mathbf{M}^1$ munibus π || 8 heredumque χ || 9 iudico ε | comparantur $\mathbf{M}^1$ || 10 ablaturos *om.* **E** || 11 susceperunt *RKl.* suscepere (-cipere) ω suscipient *Zu.* *del. Mue.* suscipere ⟨ausi sunt *vel* audebunt⟩ *Ri.* *post* suscipere *lac. indic. Kays., RKl.* || 13 quod *om.* **n**χ^1 *post* imperator *transp.* χ^2 || 14 pecuniae habeat **E** | referat ε || 15 similiter me **E** similij me π | atqui ut **E** atque in ς *ed. Rom. 1471* atque *RKl.* *del. edd. nonnulli* || 16 romae ς | eiiciuntur **VM**ς reiciuntur ς | ganasppus ε | unus] unusquisq. π || 17 privatur] prohibetur *Lamb.* privatus **n**χ^2 | sed] si **n**χ^2 || 18 in α**n**χ^2 *om.* **VM**ψ | pecunia *Ri.* pecuniam ω || 19 ex nobis ε | hanc ς || 20 Cn.] nobis *Lag. 9* | vendere *del. Pluyg.* || 22 constructam] *an* constitutam *?* || 24 optume ε**e**π | ergo] igitur **E** *Bai.* || 25 eidem επ**M** | facito α**n** | quod . . . quod ωπ quos . . . quos *Naug.*

voles, vendes, quod voles, utrumque horum facies, quanti voles. cavet enim vir optimus, ne emat ab invito; quasi vero non intellegamus ab invito emere iniuriosum esse, ab non invito quaestuosum. quantum tibi agri vendet, ut alios omittam, socer tuus? et, si ego eius aequitatem animi probe novi, vendet non invitus. facient idem ceteri libenter, ut possessio- 5 nis invidiam pecunia commutent, accipiant, quod cupiunt, dent, quod retinere vix possunt.

15 Nunc perspicite omnium rerum infinitam atque intolerandam licentiam. pecunia coacta est ad agros emendos; ii porro ab invitis non ementur. si consenserint possessores non vendere, quid futurum est? 10 referetur pecunia? non licet. exigetur? vetat. verum esto; nihil est, quod non emi possit, si tantum des, quantum velit venditor. spoliemus orbem terrarum, vendamus vectigalia, effundamus aerarium, ut locupletatis aut invidiae aut pestilentiae possessoribus agri tamen emantur.

16 Quid tum? quae erit in istos agros deductio, quae totius rei ratio atque 15 descriptio? 'deducentur' inquit 'coloniae'. quo? quorum hominum? in quae loca? quis enim non videt in coloniis esse haec omnia consideranda? tibi nos, Rulle, et istis tuis harum omnium rerum machinatoribus totam Italiam inermem tradituros existimasti, quam praesidiis confirmaretis, coloniis occuparetis, omnibus vinclis devinctam et constrictam tenere- 20 tis? ubi enim cavetur, ne in Ianiculo coloniam constituatis, ne urbem hanc urbe alia premere atque urgere possitis? 'non faciemus' inquit. primum nescio, deinde timeo, postremo non committam, ut vestro

6 17 beneficio potius quam nostro consilio salvi esse possimus. quod vero totam Italiam vestris colonis complere voluistis, id cuius modi esset 25 neminemne nostrum intellecturum existimavistis? scriptum est enim: 'QVAE IN MVNICIPIA QVASQVE IN COLONIAS DECEMVIRI VELINT DEDVCANT COLONOS QVOS VELINT ET IIS AGROS ADSIGNENT QVIBUS IN LOCIS VELINT' — ut, cum totam Italiam militibus suis occuparint, nobis non modo dignitatis retinendae, verum ne libertatis quidem recuperandae spes relinqua- 30

18 tur. atqui haec a me suspicionibus et coniectura coarguuntur. iam omnis

§ 14 (socer tuus) *cf. or. 2, 68–69; or. 3, 3. 14* || **§ 15** *cf. or. 2, 72* || **§ 16–17** *cf. or. 2, 73 sqq.* || **§ 18** *cf. or. 2, 76–78. 86. 89. 95.*

1 quantum **E** || 3 iniuriosum] numerosum **n** | tibi] igitur **E** || 4 aequitatem eius **E** || 5 idem *om.* *ε* || 6 commutet **n** || 8 perspicite *α ς* prospicite *cett.* || 9 invidis *Lag. 9* || 11 quod] quidem **M** || 15 agris χ^2 *ς* || 16 quo *ω* quot *Laur.* (*et 2, 74; de numero autem coloniarum Cicero numquam loquitur*) || 17 omnia haec *ε* || 20 vinculis *ε* **e** *χ* | devictam **V e** || 21 ne[1] *om.* *ε* || 22 nos *ε* || 24 quod *Lag. 9, ed. Venet. 1471* quid *ω* || 25 colonis *Laur.* coloniis *ω* (*cf. 2, 34 et 98*) || 25.26 neminem id nostrum cuius modi esset *Lag. 9 Zu.* || 26 -ne nostrum *om. cod. Torr.* | existimavistis *α* existimastis **M** *ψ* existimatis **V n** χ^2 || 28 his *ε* || 29 vobis **n** || 30 verum **E** sed *cett.* || 31 atqui (*vel* at) *scripsi* atque *ω* | omnis *om.* **E**

omnium tolletur error, iam aperte ostendent sibi nomen huius rei
publicae, sedem urbis atque imperii, denique hoc templum Iovis Optumi
Maxumi atque hanc arcem omnium gentium displicere. Capuam deduci
colonos volunt, illam urbem huic urbi rursus opponere, illuc opes suas
5 deferre et imperii nomen transferre cogitant. qui locus propter ubertatem
agrorum abundantiamque rerum omnium superbiam et crudelitatem
genuisse dicitur, ibi nostri coloni, delecti ad omne facinus, a decemviris
collocabuntur, et, credo, qua in urbe homines in vetere dignitate fortuna-
que nati copiam rerum moderate ferre non potuerunt, in ea isti vestri
10 satellites modeste insolentiam suam continebunt. maiores nostri Capua 19
magistratus, senatum, consilium commune, omnia denique insignia rei
publicae sustulerunt neque aliud quicquam in urbe nisi inane nomen
Capuae reliquerunt non crudelitate (quid enim illis fuit clementius, qui
etiam externis hostibus victis sua saepissime reddiderunt?), sed consilio,
15 quod videbant, si quod rei publicae vestigium illis moenibus contineretur,
urbem ipsam imperio domicilium praebere posse; vos haec, nisi evertere
rem publicam cuperetis ac vobis novam dominationem comparare, 7
credo, quam perniciosa essent, non videretis. quid enim cavendum est in 20
coloniis deducendis? si luxuries, Hannibalem ipsum Capua corrupit, si
20 superbia, nata inibi esse haec ex Campanorum fastidio videtur; si
praesidium ⟨optandum⟩, non praeponitur huic urbi ista colonia, sed
opponitur. at quem ad modum armatur, di immortales! nam bello
Punico quicquid potuit Capua, potuit ipsa per sese; nunc omnes urbes,
quae circum Capuam sunt, a colonis per eosdem decemviros occupabun-
25 tur. hanc enim ob causam permittit ipsa lex, in omnia quae velint oppida
colonos ut decemviri deducant, quos velint. atque his colonis agrum
Campanum et Stellatem campum dividi iubet. non queror deminutionem 21
vectigalium, non flagitium huius iacturae atque damni, praetermitto illa,
quae nemo est quin gravissime et verissime conqueri possit, nos caput

§ 18 (arcem omnium gentium) *v. Catil. 4, 11* || **§ 19** *cf. or. 2, 87 sqq.* || **§ 20** *cf. or. 2, 86. 95–97* || **§ 21** *cf. or. 2, 80–83*

1 omnium] omnino *Pluyg. 1881* | iam] nam **n** *Lag. 9* || 2 sedes **α** seriem **n** | optumi **VMe** || 3 maxumi **VM** || 4 coloniis **E** | rursus *ante* huic **M** || 8 vetere *Bai.* -i **ω** (*cf. Priscian. GL 2, 339, 20*) || 10 modesti *Lag. 9 Zu.* | suam *om.* **ε** || 11 concilium *Ri.* | insigna **ς** || 12 in urbe **α** *om. cett.* | nomen *om.* **ε** || 13 credulitate **E**[1] | fuit *om.* **E**, *del. Bai.* || 14 hostibus externis **E** || 15 contineretur *ex* retineretur **V** || 17 vobis *om. Lag. 9 Zu.* || 19 Capuae *Lag. 9 Zu.* || 20 nata ... videtur] notum mihi esse Campanorum fastidium videtur *Koch* | esse ibi *Lag. 9* | haec *del. Naug.* | capuanorum **ε** || 21 *addidi* | isti urbi colonia **ε** || 22 dii **EεVM** || 23 quicquid capua potuit per sese **ε** || 24 coloniis **En** | viros decem **ε** || 26 hiis **ε** iis **M** || 27 et **αn** ac **Mψ** | deminutionem *Man.* di- **ω** || 28 dampni **ε** | praetermitto **eεχς** praemitto **EVMψ** || 29 qui in **ε** quia **E** | gravissime et verissime *ed. Venet. 1471* gravissima et verissima **ω** | nos] non **ε**

patrimonii publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidium annonae, horreum belli, sub signo claustrisque rei publicae positum vectigal servare non potuisse, eum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per sese et Sullanae dominationi et Gracchorum largitioni restitisset; non dico solum hoc in re publica vectigal esse, quod (5) amissis aliis remaneat, intermissis non conquiescat, in pace niteat, in bello non obsolescat, militem sustentet, hostem non pertimescat; praetermitto omnem hanc orationem et contioni reservo; de periculo salutis ac **22** libertatis loquor. quid enim existimatis integrum vobis in re publica fore aut in vestra libertate ac dignitate retinenda, cum Rullus atque ii, quos (10) multo magis quam Rullum timetis, cum omni egentium atque improborum manu, cum omnibus copiis, cum omni argento et auro Capuam et urbes circa Capuam occuparint?

His ego rebus, patres conscripti, resistam vehementer atque acriter neque patiar homines ea me consule expromere, quae contra rem publi- (15) **23** cam iam diu cogitarint. errastis, Rulle, vehementer et tu et nonnulli collegae tui, qui sperastis vos contra consulem veritate, non ostentatione, popularem posse in evertenda re publica populares existimari. lacesso **8** vos, in contionem voco, populo Romano disceptatore uti volo. etenim, ut circumspiciamus omnia, quae populo grata atque iucunda sunt, nihil (20) tam populare quam pacem, quam concordiam, quam otium reperiemus. sollicitam mihi civitatem suspicione, suspensam metu, perturbatam vestris legibus et contionibus et deductionibus tradidistis; spem improbis ostendistis, timorem bonis iniecistis, fidem de foro, dignitatem de re **24** publica sustulistis. hoc motu atque hac perturbatione animorum atque (25) rerum cum populo Romano vox et auctoritas consulis repente in tantis tenebris illuxerit, cum ostenderit nihil esse metuendum, nullum exercitum, nullam manum, nullas colonias, nullam venditionem vectigalium, nullum imperium novum, nullum regnum decemvirale, nullam alteram Romam neque aliam sedem imperii nobis consulibus futuram sum- (30) mamque tranquillitatem pacis atque otii, verendum, credo, nobis erit, ne vestra ista praeclara lex agraria magis popularis esse videatur.

§ 21 (contioni reservo) *or. 2, 80 sqq.* || **§ 23** *cf. or. 2, 6–7* (*Cicero consul popularis*) | (pax, concordia, otium) *or. 2, 9–10. 102* | (sollicitam mihi civitatem) *cf. or. 2, 8–9*

2 bello ε || 3 vectigal *om.* ς *Lag. 9 Zu., del. Kays.* | P. *om.* ε || 5 solum hoc **E** e **V n** hoc solum *cett.* || 8 ac] et ε || 9 existimastis **E** | vobis α **n** χ nobis *cett.* || 10 aut . . . retinenda *del. Schw.* | nostra ς | retinenda **E** -dā ε e -dum **VM** *cett.* | ii *om.* ε || 13 Capuam] eam **E** || 14 hiis ε | ergo α **n** χ^2 | p. c. *post* vehementer **V** (*et in marg.*) || 16 iam *om.* **n** χ^2 | cogitarunt *Laur.* | errasti **E** || 17 speratis ε | veritatem **E** ε | ostentationem **E** || 19 disceptare ε || 20 perspiciamus **E** | iocunda **VM** ε ψ (*semper*) | sint α || 23 nostris **M**^{1} | deductionibus *Kays.* deditionibus ω π seditionibus ς *Ang.* || 25 metu ψ *Lag. 9* modo ε || 27 ostendit ε || 29 ullum (*bis*) ε

cum vero scelera consiliorum vestrorum fraudemque legis et insidias, quae 25
ipsi populo Romano a popularibus tribunis plebis fiant, ostendero, pertimescam, credo, ne mihi non liceat contra vos in contione consistere, praesertim cum mihi deliberatum et constitutum sit ita gerere consulatum, quo
5 uno modo geri graviter et libere potest, ut neque provinciam neque honorem neque ornamentum aliquod aut commodum neque rem ullam, quae a tribuno plebis impediri possit, appetiturus sim. dicit frequentissimo senatu con- 26
sul Kalendis Ianuariis sese, si status hic rei publicae maneat neque aliquod negotium exstiterit, quod honeste subterfugere non possit, in provinciam
10 non iturum. sic me in hoc magistratu geram, patres conscripti, ut possim tribunum plebis rei publicae iratum coercere, mihi iratum contemnere.

Quam ob rem, per deos immortales, colligite vos, tribuni plebis, 9
deserite eos, a quibus nisi prospicitis brevi tempore deseremini, conspirate nobiscum, consentite cum bonis, communem rem publicam communi
15 studio atque amore defendite. multa sunt occulta rei publicae vulnera, multa nefariorum civium perniciosa consilia; nullum externum periculum est, non rex, non gens ulla, non natio pertimescenda est: inclusum malum, intestinum ac domesticum est. huic pro se quisque nostrum mederi atque hoc omnes sanare velle debemus. erratis, si senatum probare 27
20 ea, quae a me dicuntur, putatis, populum autem esse in alia voluntate. omnes, qui se incolumes volent, sequentur auctoritatem consulis soluti a cupiditatibus, liberi a delictis, cauti in periculis, non timidi in contentionibus. quodsi qui vestrum spe ducitur se posse turbulenta ratione honori velificari suo, primum me consule id sperare desistat, deinde habeat
25 me ipsum sibi documento, quem equestri ortum loco consulem videt, quae vitae via facillime viros bonos ad honorem dignitatemque perducat. quodsi vos vestrum mihi studium, patres conscripti, ac communem dignitatem defendendam profitemini, perficiam profecto id, quod maxime res publica desiderat, ut huius ordinis auctoritas, quae apud maiores nostros fuit,
30 eadem nunc longo intervallo rei publicae restituta esse videatur.

§§ 25–26 *de provincia a Cicerone deposita v. Att. 1, 16, 14; 2, 1, 3; Mur. 42; Planc. 66; fam. 5, 2, 3; Pis. 5; Phil. 10, 23* | (multa sunt occulta) *cf. Rabir. perd. 33; Cat. or. 1 passim; 2, 11; Mur. 78; Sest. 51*

2 ostendero *om.* **V**ψ || 3 non *om.* ε || 6 exornamentum **M** | aliquid α π **M** | ullam rem **E** || 7 adepturus **n** χ^2 ς | sum *Lag. 9* || 8 Kal.] kl. **M** id. **E**ς | aliquod α (**E**[c]) **ck** aliquid **E**[1]**VM**ψ aliud **n** χ^2 ς *Lag. 9* || 10 patres conscripti **ck** *Laur.* p. r. *cett.* populi Romani *Zu. Kays.* || 11 rei publicae *om.* ε | iratum[2]] minitantem *Ri.* (*cf. 2, 13*) || 13 perspicitis **VM**ψ *Lag. 9* | disseremini ε || 15.16 vulnera, multa **V** (*in marg.*) **M**ψ multa vulnera α **n** χ^2 || 16 externum **V**[c]**M**[c] χ^2 **ck** extremum *cett.* || 18 hic α || 20 a me dicuntur **E** dicuntur a me **VM** a me dicentur *Lag. 9* dicuntur ante ε || 21 volunt ε || 22 deliciis *Lag. 9, Lamb.* || 23 qui α π quis *cett.* | spē π specie **VM**ψ | dutitur π || 25 ipsum me *Lag. 9 Zu* || 30 intervallo longo **E** | m. tullii ciceronis de agraria lege contra rullum liber primus explicit. incipit secundus, *post* in senatu kal. ianuaris *adscriptum* **V**

M. TVLLI CICERONIS
DE LEGE AGRARIA ORATIO SECVNDA
CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TR. PLEBIS
AD POPVLVM

1 1 Est hoc in more positum, Quirites, institutoque maiorum, ut ei, qui beneficio vestro imagines familiae suae consecuti sunt, eam primam habeant contionem, qua gratiam beneficii vestri cum suorum laude coniungant. qua in oratione nonnulli aliquando digni maiorum loco reperiuntur, plerique autem hoc perficiunt, ut tantum maioribus eorum 5 debitum esse videatur, unde etiam quod posteris solveretur redundaret. mihi, Quirites, apud vos de meis maioribus dicendi facultas non datur, non quo non tales fuerint quales nos illorum sanguine creatos disciplinisque institutos videtis, sed quod laude populari atque honoris vestri luce 2 caruerunt. de me autem ipso vereor, ne arrogantis sit apud vos dicere, 10 ingrati tacere. nam et quibus studiis hanc dignitatem consecutus sim, memet ipsum commemorare perquam grave est, et silere de tantis vestris beneficiis nullo modo possum. quare adhibebitur a me certa ratio moderatioque dicendi, ut quid a vobis acceperim commemorem, quare dignus vestro summo honore singularique iudicio sim, ipse modice 15 dicam, si necesse erit, vos eosdem existimaturos putem, qui iudicavistis. 3 Me perlongo intervallo prope memoriae temporumque nostrorum primum hominem novum consulem fecistis et eum locum, quem nobilitas praesidiis firmatum atque omni ratione obvallatum tenebat, me duce rescidistis virtutique in posterum patere voluistis. neque me tantum 20 modo consulem, quod est ipsum per sese amplissimum, sed ita fecistis, quo modo pauci nobiles in hac civitate consules facti sunt, novus ante 2 me nemo. nam profecto si recordari volueritis de novis hominibus,

incipit liber secundus **E** incipit secundus eiusdem **ε** *similiter* **Mψ** m. t. ciceronis de lege agraria contra p. rullum liber II incipit **s** (*v. et praef. p. VI*); *oratio citatur sic:* ad populum de lege agraria *Cic. Att. 2, 1, 3;* de lege agraria *Charis. GL I 146, 32;* in dissuasione legis agrariae *Gell. 7, 16, 7; Ascon. in Pison. 24 p. 17, 1 St.;* de oratione Rulli *Quint. 8, 4, 28* || 1 Quirites] quia **ε** (qu. *vel* q. *vel* quia *persaepe in codd. pro* Quirites *scribitur*) | institutioque **E** | ei **εVψ** ii **EMς** hi *Lag. 9 Zu.* || 2 nostro **ε** || 3 habere **ε** | contionem **αnχ²** orationem **VMψ** | quam **E** || 4 oratione **αnχ²** ratione **VMψ** || 6 solveretur *om.* **n** || 7 mihi, Quirites *Pith.* mihique **απn** mihi quidem **VMψ** (*non est reprobandum*) || 8 quod **nχ²ς** | non tales fuerint non **εe** | non *om.* **E** | vos **n** | disciplinaque *Kays.* || 10 ipso autem **E** | apud vos] apud **ε** aperta **E** || 12 perq̃. **V** *etiam in marg.* | nostris **ε** || 15 sim singularique iudicio *Lag. 9 Zu.* || 15–16 ipse . . . erit *del. Pluyg. 1858, Kays.* || 16 eadem **χ** | putem **V** || 17 prolongo **E** || 19 atque ammiratione **ε** || 20 nec **E** || 21 ipsum est *Lag. 9* | ipsum *om.* **E** | sese **αn** se **VMψ** || 22 nobiles] consules *Lag. 9* *del. Kays.* 23 me *om.* **εM¹** | si me **ε** | recordari **α** -re *cett.* | voluitis **ε**

reperietis eos, qui sine repulsa consules facti sunt, diuturno labore atque
aliqua occasione esse factos, cum multis annis post petissent, quam
praetores fuissent, aliquanto serius quam per aetatem ac per leges
liceret; qui autem anno suo petierint, sine repulsa non esse factos; me
5 esse unum ex omnibus novis hominibus, de quibus meminisse possimus,
qui consulatum petierim cum primum licitum sit, consul factus sim cum
primum petierim, ut vester honos ad mei temporis diem petitus, non ad
alienae petitionis occasionem interceptus, nec diuturnis precibus efflagi-
tatus, sed dignitate impetratus esse videatur. est illud amplissimum, **4**
10 quod paulo ante commemoravi, Quirites, quod hoc honore ex novis
hominibus primum me multis post annis adfecistis, quod prima petitione,
quod anno meo; sed tamen magnificentius atque ornatius esse illo nihil
potest, quod meis comitiis non tabellam vindicem tacitae libertatis, sed
vocem unam prae vobis indicem vestrarum erga me voluntatum ac
15 studiorum tulistis. itaque me non extrema tribus suffragiorum, sed primi
illi vestri concursus, neque singulae voces praeconum, sed una vox
universi populi Romani consulem declaravit.

Hoc ego tam insigne, tam singulare vestrum beneficium, Quirites, cum **5**
ad animi mei fructum atque laetitiam duco esse permagnum, tum ad
20 curam sollicitudinemque multo maius. versantur enim, Quirites, in
animo meo multae et graves cogitationes, quae mihi nullam partem
neque diurnae neque nocturnae quietis impertiunt, primum tuendi
consulatus, quae cum omnibus est difficilis et magna ratio, tum mihi
vero praeter ceteros, cuius errato nulla venia, recte facto exigua laus et
25 ab invitis expressa proponitur; non dubitanti fidele consilium, non
laboranti certum subsidium nobilitatis ostenditur. quodsi solus in **3** **6**
discrimen aliquod adducerer, ferrem, Quirites, animo aequiore; sed mihi
videntur certi homines, si qua in re me non modo consilio verum etiam

§ 4 (tabellam vindicem . . . libertatis) *cf. Sest. 103; Planc. 16; de leg. 3, 39*

1 sint *Ern.* || 2.3 quam praetores fuissent aliquanto inferius **V** *in marg.* || 3–4 aliquanto . . . liceret *del. Karst.* || 3 serius **α n** inferius *cett.* | atque **E** || 4 autem *om.* **E**, *del. Bai.* | petierunt **c** χ^1 *Zu.* petissent **E** || 5 possimus **E** ε possumus *cett.* || 6 primum *om.* **M** || 7–8 non . . . occasione *Lag. 9* || 10 Quirites] quare ς | hoc *om.* ε || 11 multis post annis **E e** π post multis annis ε multis posthabitis **VM** ψ **n** | appetitione **E** || 12 honoratius *Lag. 9* || 13 indicem π | tacitam *Schw.* || 14 unam *del. Mue.* (*ut ex l. 16 adscitum*) vivam **ck** (vivam *ad vocem* indicem *refert Schw.*) palam *vel* ipsam *coni. Fr.* | vestrarum **ck** *ed. Venet.* vestrum **E e VM** ψ nostrum ε || 15 extremae *Ferratius* | tribus *del. Kays.* diribitio *Ri.* | primum **M** || 16 una vox *Kays.* una voce (-am -em M^1) ω una voce ⟨voluntas⟩ *Cast.* || 17 universi p. r. α π universus p. r. *cett.* || 18 tam ego χ || 19 laetiam π ad laetitiam χ^2 | permaximum **V** ς || 20 maius α **V** magis *cett.* || 22 neque nocturnae neque diurnae *Lag. 9* || 23 cum quod α π | mihi *om.* **E** || 23.24 vero mihi **V** || 24 cuius α π cum *cett.* | recte **n** χ^2 ς recto α **V** ψ || 25 proponitur **ck** proponatur χ^1 praeponitur α **VM** ψ **n**

casu lapsum esse arbitrabuntur, vos universos, qui me antetuleritis
nobilitati, vituperaturi. mihi autem, Quirites, omnia potius perpetienda
esse duco quam non ita gerendum consulatum, ut in omnibus meis factis
atque consiliis vestrum de me factum consiliumque laudetur. accedit
etiam ille mihi summus labor ac difficillima ratio consulatus gerendi, 5
quod non eadem mihi qua superioribus consulibus lege et condicione
utendum esse decrevi, qui aditum huius loci conspectumque vestrum
partim magnopere fugerunt, partim non vehementer secuti sunt. ego
autem non solum hoc in loco dicam, ubi est id dictu facillimum, sed in
ipso senatu, in quo esse locus huic voci non videbatur, popularem me 10
futurum esse consulem prima illa mea oratione Kalendis Ianuariis dixi.
7 neque enim ullo modo facere possum, ut, cum me intellegam non hominum potentium studio, non excellentibus gratiis paucorum, sed universi
populi Romani iudicio consulem ita factum, ut nobilissimis hominibus
longe praeponerer, non et in hoc magistratu et in omni vita essem popula- 15
ris. sed mihi ad huius ⟨vocis⟩ vim et interpretationem vehementer opus
est vestra sapientia. versatur enim magnus error propter insidiosas
nonnullorum simulationes, qui, cum populi non solum commoda, verum
etiam salutem oppugnant et impediunt, oratione adsequi volunt, ut
8 populares esse videantur. ego qualem Kalendis Ianuariis acceperim rem 20
publicam, Quirites, intellego: plenam sollicitudinis, plenam timoris; in
qua nihil erat mali, nihil adversi, quod non boni metuerent, improbi
exspectarent; omnia turbulenta consilia contra hunc rei publicae statum
et contra vestrum otium partim iniri, partim nobis consulibus designatis
inita esse dicebantur; sublata erat de foro fides non ictu aliquo novae 25
calamitatis, sed suspicione, {ac} perturbatione iudiciorum, infirmatione
4 9 rerum iudicatarum; novae dominationes, extraordinaria non imperia sed
regna quaeri putabantur. quae cum ego non solum suspicarer, sed plane
cernerem (neque enim obscure gerebantur), dixi in senatu in hoc magistra-

§ 6 (prima illa mea oratione) *or. 1, 23* (*cf. Sest. 96*) || **§ 8** (ego qualem . . .) *cf. or. 1, 23*

1 esse *om.* **n** | me *om.* χ^1 || 2 Quirites] -que *ε* || 3 dico *ε* | gerundum *ε***V** || 4 factum atque consilium **E** | accidit *ε* || 5 illi *ε* | mihi *απ* *om. cett.* || 8 partimque *ε* | magno opere *Bai.*, *Kays.* || 9 in hoc loco *ε* | in loco *om.* **n** | dictu id **E** | id *om. Lag. 9*, *del. Bai.* || 12 enim ullo] nullo **E** | modo possum cum . . . 15 esse popularis *cod. Torr.* || 15 praeponeret **n** | non] nam *ς* | et^1 *om.* $\mathbf{M}^1$ | essem *ωπ* sim *Laur.*, *edd. plerique* esse *Torr.* esse ⟨videar⟩ *Cl.* (*recte autem monuit Mue. attractionem hic tolerari posse*) || 16 huiusce **V***ε* | *addidi* ⟨verbi⟩ **k** *Ang.* *om. cett.* ⟨rei⟩ *RKl.* (*prob. Mue.*) || 17 enim ⟨in eo⟩ *Lamb.* enim ⟨hic⟩ *Cast.* enim ⟨in re⟩ *RKl.* enim ⟨in re publica⟩ *coni. Mue.* || 18 dum *Schw.* || 20 ego quidem *ε* || 23 statutum **M** || 24 otium vestrum **E** | otium] omnium *χ* | digtatis **n**χ^2 || 25 erat] esse **E** | actu **n**χ^2 | alicuius *Karst.* || 26 *delevi* (*cf. 1, 23*) ac ⟨metu⟩: perturbatione . . . *Gebh.* perturbatione . . . iudicatarum *del. Kays.*, *Karst.* (*ut ex § 9 adscita*) perturbationes . . . informationes *Koch* || 29 obscure enim **E**

tu me popularem consulem futurum. quid enim est tam populare quam
pax? qua non modo ei, quibus natura sensum dedit, sed etiam tecta
atque agri mihi laetari videntur. quid tam populare quam libertas?
quam non solum ab hominibus, verum etiam a bestiis expeti atque
5 omnibus rebus anteponi videtis. quid tam populare quam otium? quod
ita iucundum est, ut et vos et maiores vestri *** et fortissimus quisque
vir maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio possit esse,
praesertim in imperio ac dignitate. quin idcirco etiam maioribus nostris
praecipuam laudem gratiamque debemus, quod eorum labore est factum,
10 uti impune in otio esse possemus. quare qui possum non esse popularis,
cum videam haec omnia, Quirites, pacem externam, libertatem propriam generis ac nominis vestri, otium domesticum, denique omnia,
quae vobis cara atque ampla sunt, in fidem et quodam modo in patrocinium mei consulatus esse collata? neque enim, Quirites, illud vobis 10
15 iucundum aut populare debet videri, largitio aliqua promulgata quae
verbis ostentari potest, re vera fieri nisi exhausto aerario nullo pacto
potest; neque vero illa popularia sunt existimanda, iudiciorum perturbationes, rerum iudicatarum infirmationes, restitutio damnatorum, qui
civitatum adflictarum perditis iam rebus extremi exitiorum solent esse
20 exitus; nec, si qui agros populo Romano pollicentur, {sed si} aliud quiddam obscure moliuntur, aliud spe ac specie simulationis ostentant,
populares existimandi sunt.

Nam vere dicam, Quirites, genus ipsum legis agrariae vituperare non 5
possum. venit enim mihi in mentem duos clarissimos, ingeniosissimos,
25 amantissimos plebei Romanae viros, Tiberium et Caium Gracchos,
plebem in agris publicis constituisse, qui agri a privatis antea possidebantur. non sum autem ego is consul, qui, ut plerique, nefas esse arbitrer

§ 10 (extremi exitus) *cf. Verr. 5, 12; Cass. Dio 37, 25; Sull. 63* | (obscure) *v. Quint. 5, 13, 28; Victor. RL 389, 20* | *ad Gracchos cf. etiam §§ 31. 81; Rab. perd. 14–15; Cat. 1, 3, contra e. g. off. 1, 109; 2, 43*

1 consulem *del. Karst.* | est enim **e** ε | est *om.* **E**, *fort. recte* || 2 pax *ex* lex *corr.* **E** | in qua *Lag. 9* | eis **n** χ^2 || 3–5 quid tam ... anteponi videtis **E** *in sup. marg.* || 5 quod] quid α (E^1) || 6 iocundum ε**VM**ψ**n** (*semper*) | et vos et maiores vestri *del. Karst.* | et maiores vestri *om. Lag. 9, del. Kays.* | *lacunam post* vestri *indic. RKl.* || 8 praesertim ... dignitate *del. Karst.* | in *om.* απ**n** | quin *Madv.* qui ω | etiam *om.* **E** || 10 uti α ut *cett.* | possimus *Pluyg. 1888* || 11 Quirites] -q. π -que ε quae **en** χ^2 *om.* **E** | libertatemque **V** *Lag. 9* || 13 nobis α | ampla] accepta *Cornelissen, Mnem. 1878, 308* *an* apta? | in fidem *om.* **E** | et **ck** ut ω | patrimonium *Lag. 9* || 14 Quirites] quaeritur ε || 18 dampnatorum ε || 18–20 qui ... exitus *ex Verr. 5, 12 inserta put. Kays.* || 20 neque *Lag. 9* | quis ε | *seclusi* sed si α**V**ψc^2 si **k** *Ang.* sed c^1 *Gar.* | quiddam **k** *Naug.* quidem α**n**χ^2**c** quid est **VM**ψ *Lag. 9* || 21 spe ac *del. Bake* | simulata nobis *Karst.* || 23 Quirites *om.* ε || 25 amicissimos *Lag. 9* | plebei *cod. Torr., ed. Rom.* plebi ωπ plebis *Bai.* | tyberium et caium α ti. (*vel* t.) et c. *cett.* || 27 his ε | arbitrer χ^2**k**ς arbitror **n** arbitrarer *cett.*

Gracchos laudare, quorum consiliis, sapientia, legibus multas esse video
11 rei publicae partis constitutas. itaque, ut initio mihi designato consuli
nuntiabatur legem agrariam tribunos plebis designatos conscribere,
cupiebam quid cogitarent cognoscere; etenim arbitrabar, quoniam eodem
anno gerendi nobis essent magistratus, esse aliquam oportere inter nos rei 5
12 publicae bene administrandae societatem. cum familiariter me in eorum
sermonem insinuarem ac darem, celabar, excludebar; et cum ostenderem,
si lex utilis plebi Romanae mihi videretur, auctorem me atque adiutorem
futurum, tamen aspernabantur hanc liberalitatem meam: negabant me
adduci posse, ut ullam largitionem probarem. finem feci offerendi mei, ne 10
forte mea sedulitas aut insidiosa aut impudens videretur. interea non
desistebant clam inter se convenire, privatos quosdam adhibere, ad suos
coetus occultos noctem adiungere et solitudinem. quibus {in} rebus
quanto in metu fuerimus, ex vestra sollicitudine, in qua illis temporibus
13 fuistis, facile adsequi coniectura poteritis. ineunt tandem magistratus 15
tribuni plebis; contio tamen exspectatur P. Rulli, quod et princeps erat agrariae legis et truculentius se gerebat quam ceteri. iam designatus alio vultu,
alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore
inculto et horrido, capillatior quam ante barbaque maiore, ut oculis et
aspectu denuntiare omnibus vim tribuniciam et minitari rei publicae 20
videretur. legem hominis contionemque exspectabam; lex initio nulla
proponitur, contionem inprimis advocari iubet. summa cum exspectatione concurritur. explicat orationem sane longam et verbis valde bonis.
unum erat, quod mihi vitiosum videbatur, quod tanta ex frequentia
inveniri nemo potuit, qui intellegere posset, quid diceret. hoc ille utrum 25
insidiarum causa fecerit an hoc genere eloquentiae delectetur, nescio.
tametsi, qui acutiores in contione steterant, de lege agraria nescio quid
voluisse eum dicere suspicabantur. aliquando tandem me designato lex

§ 13 (tanta ex frequentia) *cf. Quint. 8, 4, 28* pauci tamen qui proximi adstiterant nescio quid illum de lege agraria voluisse dicere suspicabantur

1 esse] sibi utiles esse ε ‖ 2 p. r. **n** χ^2 | partim π partim utiles ε **e** parum (*supra lin. add.* utiles) **E** partim utiles ⟨partim necessarias curationes⟩ *coni. Fr.* (*similis lacuna fort. ut in § 36*) ‖ 4 qui **n** (quod *Lag. 24*) ‖ 6 societatem *ante* rei p. π ‖ 7 insinuare temptarem, celabar *Mom.* | excludebar *om.* ε | et] ut ε ‖ 8 mihi *om. Lag. 9* ‖ 10 illam $\pi\chi$ **n** ‖ 13 solitudinem **E** ε sollicitudinem *cett.* | rebus ς *Naug.* in rebus $\omega\pi$ tum rebus *RKl.* nos rebus *Zu.* ‖ 15 potētis **M** ‖ 16 tamen *scripsi* tandem ω valde *Mue.* *om.* **k**, *del. Lamb.* | exspectatur **k** *Gul.* exspectata (exp-) ω *Zu.* ⟨est⟩ exspectata *RKl.* ‖ 17 nam iam *Lamb.* ‖ 18 meditabantur **n** χ^2 | obsoletiore **ek** obsolentiore (-ior **n**) ω ‖ 19 incultū π incultu $V^1\varsigma\chi^2$ ‖ 20 rep. π ‖ 21 initio] mitior χ ‖ 22 in primis (imprimis) ω in pridie Idus *Madv. adv. cr. 2, 204* ‖ 24 vitiosum esse **E** *in marg.* ‖ 25 ille *om.* **E** ‖ 27 tametsi qui *Lamb.* tametsi π tamen si qui ω tametsi si qui *Kays.* pauci tamen qui *Quint. 8, 4, 28* ‖ 28 tandem α **n** tamen *cett.*

in publicum proponitur. concurrunt iussu meo plures uno tempore librarii, descriptam legem ad me adferunt. omni hoc ratione vobis confirmare **6** **14** possum, Quirites, hoc animo me ad legendam legem cognoscendamque venisse, ut, si eam vobis accommodatam atque utilem esse intellegerem, 5 auctor eius atque adiutor essem. non enim natura neque discidio neque odio penitus insito bellum nescio quod habet susceptum consulatus cum tribunatu, quia persaepe seditiosis atque improbis tribunis plebis boni et fortes consules obstiterunt et quia vis tribunicia nonnumquam libidini restitit consulari. non potestatum dissimilitudo, sed animorum disiunctio 10 dissensionem facit. itaque hoc animo legem sumpsi in manus, ut eam **15** cuperem esse aptam vestris commodis et eius modi, quam consul re, non oratione popularis et honeste et libenter posset defendere. at ego a primo capite legis usque ad extremum reperio, Quirites, nihil aliud cogitatum, nihil aliud susceptum, nihil aliud actum nisi ut decem reges 15 aerarii, vectigalium, provinciarum omnium, totius rei publicae, regnorum, liberorum populorum, orbis denique terrarum domini constituerentur legis agrariae simulatione atque nomine. sic confirmo, Quirites, hac lege agraria pulchra atque populari dari vobis nihil, condonari certis hominibus omnia, ostentari populo Romano agros, eripi etiam liberta- 20 tem, privatorum pecunias augeri, publicas exhauriri, denique – quod est indignissimum – per tribunum plebis, quem maiores praesidem libertatis custodemque esse voluerunt, reges in civitate constitui. quae **16** cum, Quirites, exposuero, si falsa vobis videbuntur esse, sequar auctoritatem vestram, mutabo meam sententiam; sin insidias fieri libertati 25 vestrae simulatione largitionis intellegetis, nolitote dubitare plurimo sudore et sanguine maiorum vestrorum partam vobisque traditam libertatem nullo vestro labore consule adiutore defendere.

Primum caput est legis agrariae, quo, ut illi putant, temptamini **7**

§ 15 Cicero ... de lege agraria 'vectigalium' *Charis. GL I 146, 32*

1 in publico *Lamb.* ‖ 2 a me legem **E** legem a me ε π a me *del. Bai.* | ratione vobis α π **n** χ^2 vobis ratione *cett.* vobis asseveratione *Lamb.* ‖ 3 Quirites *om.* **n** χ^2 quia ε | animo] anno **V**^{1}**M** **n** ψ ‖ 4 venissem ε ‖ 5 naturali quodam discidio *Pluyg. 1858* neque discidio *del. Koch.* | discidio (dissi-) ω π studio *Lag. 9 Zu.* ‖ 6 odio **V**^{c}**M**^{c}**ck** ς otio π **M**^{1} ocio *cett.* ‖ 11 actam ς | consulare ε ‖ 12 popularis sed **e** ε π populari. sed **E** popularis et iam **n** χ^2 | possem *Kraffert, Progr. Aurich 1883, 116* (*prob. Mue*) | at *Cast.* atqui *Man.* atque ω ‖ 14 reges *del. Schw.* ‖ 17 ac *Lag. 9 Zu.* ‖ 18 certis *ex* ceteris **V** ‖ 19 populi romani **n** ς χ ‖ 21–22 per tribunos ... quos ... presides ... custodesque **E** (*fort. recte, nam Rullus princeps, non solus lator legis fuit*) ‖ 22 voluerint **M** ‖ 22, 23 quae cum, Quirites *Pith.* quaecumq. **V** π quaecumque α quae cum *cett.* ‖ 23 esse videbuntur **V** ‖ 24 si **E** ‖ 25 simulatione largitionis *om.* **E** | intelligitis **M** | nolite χ^1 *Lag. 9* ‖ 26 vestrorum π **k** vestrum **M** ψ $\overline{\text{vrm}}$ **V** nostrorum **e**^{1}**c** $\overline{\text{nrm}}$ ε *om.* **E**, *del. Bai.* ‖ 27 labore vestro **VM** ψ | auctore *Put.* ‖ 28 tentamini **VM** ψ (*et p. 16, 25* tentavit)

leviter, quo animo libertatis vestrae deminutionem ferre possitis. iubet enim tribunum plebis, qui eam legem tulerit, creare decemviros per tribus septemdecim, ut, quem novem tribus fecerint, is decemvir sit.
17 hic quaero, quam ob causam initium rerum ac legum suarum hinc duxerit, ut populus Romanus suffragio privaretur. totiens legibus 5 agrariis curatores constituti sunt triumviri, quinqueviri, decemviri; quaero a populari tribuno plebis, ecquando nisi per XXXV tribus creati sint. etenim cum omnes potestates, imperia, curationes ab universo populo Romano proficisci convenit, tum eas profecto maxime, quae constituuntur ad populi fructum aliquem et commodum, in quo et 10 universi deligant, quem populo Romano maxime consulturum putent, et unus quisque studio et suffragio suo viam sibi ad beneficium impetrandum munire possit. hoc tribuno plebis potissimum venit in mentem populum Romanum universum privare suffragiis, paucas tribus non certa condicione iuris, sed sortis beneficio fortuito ad usurpandam 15 libertatem vocare.

18 'ITEM' inquit 'EODEMQUE MODO' capite altero 'VT COMITIIS PONTIFICIS MAXIMI.' ne hoc quidem vidit, maiores nostros tam fuisse populares ut, quod per populum fieri fas non erat propter religionem sacrorum, in eo tamen propter amplitudinem sacerdotii voluerint populo supplicari? 20 atque hoc idem de ceteris sacerdotiis Cn. Domitius tribunus plebis, vir clarissimus, tulit, quod populus per religionem sacerdotia mandare non poterat, ut minor pars populi vocaretur; ab ea parte qui esset factus, is a
19 collegio cooptaretur. videte, quid intersit inter Cn. Domitium tribunum plebis, hominem nobilissimum, et P. Rullum, qui temptavit, ut opinor, 25 patientiam vestram, cum se nobilem esse diceret: Domitius, quod per caerimonias populi fieri non poterat, ratione adsecutus est, ut id, quoad posset, quoad fas esset, quoad liceret, populi ad partes daret; hic, quod populi semper proprium fuit, quod nemo imminuit, nemo mutavit, quin

§ 18 Cn. Domitius tr. pl. *legem Domitiam tulit a. 104, cf. Cic. ad Brut. 1, 5, 3; Vell. Pat. 2, 12, 3; Suet. Ner. 3; Cass. Dio 37, 37, 1*

1 diminutionem α (E²) *Lag. 9* dominationem **n** damnationem *Lag. 7* || 3 septem decem **e** ε**VM** ψ XVII **E** || 4 quaero] vero χ | legum **V**ᶜ *in marg.* || 5 duxerint **E** *RKl.* dixerit *Lag. 9* | Romanus *om.* ε | suffragio] subsidio **n** χ² || 5–6 privaretur ... constituti sunt **M** *in marg.* || 6 constitu ε constiti π || 7 ecquando *ed. Rom. 1471* haec (hec ε**VM** hoc **k**) quando ω quando **n** χ² || 8 sunt α *Lag. 9* || 10 in *del. Lamb.* | et¹ *om.* ε || 11 diligant ε | Romano *fort. delendum* || 12 et²] ac **E** || 13 munire] invenire *Lagg. 1, 7* | huic *Ern.* || 15 fortuito *Lag. 9 Naug.* fortuitu ωπ (*cf. ThLL VI 1174, 42*) || 16 vocare? *putat Mue.* || 17 eodem **E** ς || 18 ut *om.* χ¹ || 19 quod] quem *Koch* | fieri *scripsi* creari ω dari *aut* agi *coni. Mue.* || 20 noluerunt *Lag. 9* | supplicari? *scripsi auctore Mue.* || 21 item ε || 24 cooptaretur **ck** coa- ω || 25 hominem] virum **E** || 26 nostram ε | nobilem] popularem *Ziel.* || 27 ut *om.* α | quod ad (*ter*) **M** || 28 populo ex parte daret *Koch* | hic] id ε || 29 proprium semper **n** proprium *om. Lag. 9 Zu., del. Kays.* | quod *om.* **n** χ²

ei, qui populo agros essent adsignaturi, ante acciperent a populo beneficium quam darent, id totum eripere vobis atque e manibus extorquere conatus est. ille, quod dari populo nullo modo poterat, tamen quodam modo dedit; hic, quod adimi nullo pacto potest, tamen quadam ratione 5 eripere conatur.

Quaeret quispiam, in tanta iniuria tantaque impudentia quid spectarit. 8 20 non defuit consilium; fides erga plebem Romanam, Quirites, aequitas in vos libertatemque vestram vehementer defuit. iubet enim comitia decemviris habere creandis eum, qui legem tulerit. hoc dicam planius: 10 iubet Rullus, homo non cupidus neque appetens, habere comitia Rullum. nondum reprehendo, video fecisse alios. illud quod nemo fecit, de minore parte populi, quo pertinent, videte. habebit comitia, volet eos renuntiare, quibus regia potestas hac lege quaeritur; universo populo neque ipse committit neque illi horum consiliorum auctores committi recte putant 15 posse. sortietur tribus idem Rullus. homo felix educet, quas volet tribus. 21 quos novem tribus decemviros fecerint ab eodem Rullo eductae, hos omnium rerum, ut iam ostendam, dominos habebimus. atque hi, ut grati ac memores beneficii esse videantur, aliquid se novem tribuum notis hominibus debere confitebuntur, reliquis vero sex et XX tribubus nihil. 20 erit, quod non putent posse suo iure se denegare. quos tandem igitur decemviros fieri vult? se primum. qui licet? leges enim sunt veteres neque eae consulares (si quid interesse hoc arbitramini), sed tribuniciae, vobis maioribusque vestris vehementer gratae atque iucundae: Licinia est lex et altera Aebutia, quae non modo eum, qui tulerit de aliqua 25 curatione ac potestate, sed etiam collegas eius, cognatos, adfines excipit, ne eis ea potestas curatiove mandetur. etenim si populo consulis, remove 22 te a suspicione alicuius tui commodi, fac fidem te nihil nisi populi utilita-

§ 21 (Licinia lex et . . . Aebutia) *leges de magistratibus extraordinariis, ut videtur, incertae aetatis, cf. et Cic. dom. 51*

1–2 a populo . . . darent *om.* ε ‖ 3 populo *om.* **E** | tamen *om.* **E** ‖ 4 hic] id ε | potest, tamen *Kahnt, Progr. Zeitz 1829, 5* poterat potestate ω poterat, populo tamen *RKl.* poterat potestve *Mur., Ri.* poterat, populi potestati *Zu.* ‖ 6 querat **E** | quid **VM**ψ quod α**n**χ^2 | spectarit *Naug.* spectant ω ‖ 7 Quirites *Bai.* -q. π -que **e**ε *om. cett.* ‖ 8. 9 comitia decemviris habere creandis α**n** habere comitia Xviris creandis *cett.* ‖ 10 habere comitia. rullum **n**χ^2 ‖ 12 renuntiare *Man.* de- ω ‖ 13 ac ε ‖ 14 suffragia *in* **V** *supra* committit *scriptum* | putant **ck** putantur ω ‖ 15 sortietur **k** *Naug.* sortitur ω | tribus *del. Pluyg. 1858* | educet α (eductet ε) educit *cett.* ‖ 16 ab eodem Rullo eductae *del. Pluyg. 1858* | ductae **n**χ^2 vocatae *Kays.* ‖ 17 habemus ε ‖ 18 ac **Een**χ^2 atque *cett.* | novis **n**χ^2 ‖ 19 sex et ·XX· viginti **V** ‖ 20 erat χ | se *hoc loco* **e**επ *ante* putent **k**ς *om. cett.* *post* posse *Bai.* ‖ 21 creari **n**χ^2 | quid *Lag. 9* | qui licet *bis* ε ‖ 22 si] num ε ‖ 23 nobis . . . nostris **n**χ^2 ‖ 24 et] atque **n**χ^2 ‖ 25 excipit V^c**ck** *Naug.* excidit V^1 *cett.* ‖ 26 curatione **E** *inde* curationeve ε

tem et fructum quaerere, sine ad alios potestatem, ad te gratiam beneficii
tui pervenire. nam hoc quidem vix est liberi populi, vix vestrorum ani-
9 morum ac magnificentiae. quis legem tulit? Rullus. quis maiorem partem
populi suffragiis prohibuit? Rullus. quis comitiis praefuit, quis tribus
quas voluit vocavit nullo custode sortitus, quis decemviros quos voluit 5
creavit? idem Rullus. quem principem renuntiavit? Rullum. vix meher-
cule servis hoc eum suis, non ⟨dico⟩ vobis omnium gentium dominis
probaturum arbitror. optimae leges igitur hac lege sine ulla exceptione
tollentur; idem lege sibi sua curationem petet, idem maiore parte populi
suffragiis spoliata comitia habebit, quos volet atque in eis se ipsum 10
renuntiabit et videlicet collegas suos ascriptores legis agrariae non
repudiabit, a quibus ei locus primus in indice et in praescriptione legis
concessus est; ceteri fructus omnium rerum, qui in spe legis huius positi
sunt, communi cautione atque aequa ex parte retinentur.

23 At videte hominis diligentiam, si aut Rullum cogitasse aut si Rullo 15
potuisse ⟨id⟩ in mentem venire arbitramini. viderunt ei, qui haec
machinabantur, si vobis ex omni populo deligendi potestas esset data,
quaecumque res esset, in qua fides, integritas, virtus, auctoritas quaerere-
tur, vos eam sine dubitatione ad Cn. Pompeium principem delaturos.
etenim quem unum ex cunctis delegissetis, ut eum omnibus omnium 20
gentium bellis terra et mari praeponeretis, certe in decemviris faciendis
sive fides haberetur sive honos, et committi huic optime et ornari hunc
24 iustissime posse intellegebant. itaque excipitur hac lege non adulescen-
tia, non legitimum aliquod impedimentum, non potestas, non magistra-
tus ullus aliis negotiis ac legibus impeditus, reus denique, quo minus 25
decemvir fieri possit, non excipitur; Cn. Pompeius excipitur, ne cum

§ 22 *cf.* quis legem tulit? Rullus. quis tribus sortitus est? Rullus. quis decemviros creavit? Rullus *Aquila RL 33, 20;* quis legem tulit? Rullus. quis decemviros quos voluit creavit? idem Rullus *Mart. Cap. RL 482, 5* || **§ 24** (quod initio dixi) *cf. § 15*

1 alios *Ang.* illos ω π || 2 tui *om.* **E** || 3 ac *del. Pluyg. 1881* || 4 perhibuit ε privavit **n** χ^2 ς | praefuit? rullus ς || 4.5 quis tribus sortitus est? *Aqu. Rom. RL 33, 20* || 5 evocavit **E** | quos voluit *om. Aq. Rom.* || 6 creavit *Aqu. Rom., Mart. Cap.* renuntiavit ω *om. cod. Torr.* | idem *om. Aqu. Rom.* || 7 *addidi* ⟨modo⟩ *Mue.* || 8 arbitror **e** arbitrar **E** arbitrarer *cett.* | hac] ac **E** | lege *om.* ε π **n** (**V** *in marg.*) | exceptione *Naug.* susceptione π suspicione (-ti-) ω suspicione ⟨periculi⟩ *Kays.* dubitatione *Koch* || 9 eidem (*bis*) **VM**ψ | lege sibi sua **E** legis (-es ε**V**) sibi sua lege ω | petit **E** putet ε || 10 ⟨idem⟩ quos *Kays.* quae **E** *Lag. 9 RKl.* | in iis **V** *in marg.* unus **Vn** χ^2 || 12 repudiavit α π | in indice et α invidiae et *cett.* invidiae *ed. Aldina* | perscriptione *cod. Torr.* || 13 est *om.* ε | huius *om. Lag. 9, del. Kays.* || 14 communi cautione] communicantur *Pluyg. 1858* | atque *fort. delendum* | ex *cod. Torr.* ei α**VM**ψ sibi **n** χ^2 || 15 ⟨illud⟩ cogitasse *Cl.* excogitasse *Pluyg. 1858* ⟨haec⟩ cogitasse *Mue.* || 16 *supplevi* | hoc χ || 17 diligendi ε**M** || 21 et mari] marique **E**χ | proponeretis χ | certis *Lag. 9* | faciendis *om.* ε || 23 lege potestas non α || 25 ac legibus *om.* **E**, *del. Bai., Fr.* aut legibus *Cast.* | non reus $\mathbf{V^c}$**k** *Laur.* || 26 non . . . p. 19, 1 possit (-et **e**) α π *om. cett.*

P. Rullo (taceo de ceteris) decemvir fieri possit. praesentem enim profiteri
iubet (quod nulla alia in lege umquam fuit, ne in iis quidem magistrati-
bus, quorum certus ordo est), ne, si accepta lex esset, illum sibi collegam
ascriberetis custodem ac vindicem cupiditatum. hic, quoniam video vos
5 hominis dignitate et contumelia legis esse commotos, renovabo illud,
quod initio dixi, regnum comparari, libertatem vestram hac lege funditus
tolli. an vos aliter existimabatis? cum ad omnia vestra pauci homines 25
cupiditatis oculos adiecissent, non eos in primis id acturos, ut ex omni
custodia vestrae libertatis, ut ex omni potestate, curatione, patrocinio
10 vestrorum commodorum Cn. Pompeius depelleretur? viderunt et vident,
si per imprudentiam vestram, neglegentiam meam legem incognitam
acceperitis, fore, uti postea cognitis insidiis, cum decemviros creetis,
tum vitiis omnibus et sceleribus legis Cn. Pompei praesidium opponen-
dum putetis. et hoc parvum argumentum vobis erit, a certis hominibus
15 dominationem potestatemque omnium rerum quaeri, cum videatis eum,
quem custodem vestrae libertatis fore videant, expertem fieri digni-
tatis?

Cognoscite nunc, quae potestas decemviris et quanta detur. primum 26
lege curiata decemviros ornat. iam hoc inauditum et plane novum, uti
20 curiata lege magistratus detur, qui nullis comitiis ante sit datus. eam
legem ab eo praetore populi Romani, qui sit primus factus, ferri iubet.
at quo modo? ut ii decemviratum habeant, quos plebs designaverit.
oblitus est nullos a plebe designari. et is orbem terrarum constringit
novis legibus, qui, quod in secundo capite scriptum est, non meminit in
25 tertio? atque hic perspicuum est, quid iuris a maioribus acceperitis,
quid ab hoc tribuno plebis vobis relinquatur. maiores de singulis magi- 11
stratibus bis vos sententiam ferre voluerunt. nam cum centuriata lex
censoribus ferebatur, cum curiata ceteris patriciis magistratibus, tum
iterum de eisdem iudicabatur, ut esset reprehendendi potestas, si popu-
30 lum beneficii sui paeniteret. nunc, Quirites, prima illa comitia tenetis, 27

2 his **E n** χ^2 hiis ε | quidem *om.* **E** || 3 ordo est α est ordo *cett.* | ne si *Ang.* sine **E** sive ω || 4 asscr- **E** | ac] et ε || 6 funditus *ante* libertatem **E** || 8 cupiditatis *om.* E^1 cupiditate *Schue.* *del. Bai.* cupidi atque audaces *Gul.* cupidi impudentis *Koch* | id in primis e ε non primis id **E** || 9 nostrae **n** χ^2 || 12 acciperetis **n** χ^2 | creetis *Ber.* crearetis ω π || 14 putaretis *Zu.* | parvum **k** *ed. Rom. 1471* parum ω π || 15 -que omnium *om.* **E** || 16 nostrae **n** χ^2 || 19 ornant ε | novum **E** nova ε novo (in **n** χ^2) more *cett.* | uti *om.* **n** χ^2 ut ei *Ang.* || 20 qui **k** *Ang.* cui ω *Lamb.* || 21 p. r. *om.* **n** | ferri *Ber.* fieri ω | iubet *ante* fieri **V** || 22 modo *om.* ε || 23 ni illos **E** | designaretis orbem α designaretis is orbem π (designari et is **V** *corr. in marg.*) | et is *om.* ς || 24 qui quod *Lamb.* quicquod **V** *in marg.* quicquid ω || 26 ad **n** | vobis *om.* **n** | singulis] omnibus **n** χ^2 || 27 nos **n** χ^2 || 28 censoribus] maioribus **n** χ^2 consulibus *Lamb.* | cum] tum *Lag. 9* *om.* ε || 29 iudicabat **E** | esse **VM** ς | reprehendi **E** ε || 30 nunc] nam **E** nostra **n** χ^2 | Quirites *Lag. 9 Bai.* quia ω *om.* e ε | illa prima **E** priora illa *Schw.*

centuriata et tributa, curiata tantum auspiciorum causa remanserunt.
hic autem tribunus plebis, quia videbat potestatem neminem iniussu
populi aut plebis posse habere, curiatis eam comitiis, quae vos non initis,
confirmavit, tributa, quae vestra erant, sustulit. ita cum maiores binis
comitiis voluerint vos de singulis magistratibus iudicare, hic homo 5
28 popularis ne unam quidem populo comitiorum potestatem reliquit. sed
videte hominis religionem et diligentiam! vidit et perspexit sine curiata
lege decemviros potestatem habere non posse, quoniam per novem tribus
essent constituti; iubet ferre de his legem curiatam, praetori imperat.
quam id ipsum absurde, nihil ad me attinet. iubet enim, qui primus sit 10
praetor factus, eum legem curiatam ferre; sin is ferre non possit, qui
postremus sit, ut aut lusisse in tantis rebus aut profecto nescio quid
spectasse videatur. verum hoc, quod est aut ita pervorsum, ut ridiculum,
aut ita malitiosum, ut obscurum sit, relinquamus; ad religionem hominis
29 revertamur. videt sine lege curiata nihil agi per decemviros posse. quid 15
postea, si ea lata non erit? attendite ingenium. 'TVM EI DECEMVIRI' inquit
'EODEM IVRE SINT QVO QVI OPTIMA LEGE'. si hoc fieri potest, ut in hac
civitate, quae longe iure libertatis ceteris civitatibus antecellit, quis-
quam nullis comitiis imperium aut potestatem adsequi possit, quid
attinet tertio capite legem curiatam ferre iubere, quom quarto permittas, 20
ut sine lege curiata idem iuris habeant, quod haberent, si optima lege a
populo essent creati? reges constituuntur, non decemviri, Quirites, itaque
ab his initiis fundamentisque nascuntur, ut non modo cum gerere ⟨rem⟩
coeperint, sed etiam cum constituentur, omne vestrum ius, potestas
12 libertasque tollatur. at videte, quam diligenter retineat ius tribuniciae 25
30 potestatis. consulibus legem curiatam ferentibus a tribunis plebis saepe
est intercessum (neque tamen nos id querimur esse hanc tribunorum
plebis potestatem; tantum modo, si quis ea potestate temere est usus,

1 centuriata et tributa *del. Kays.* | auspicorum **E** ε || 2 neminem *post* habere *Lamb.* || 3 eam . . . initis *Laur.* ea . . . sinitis ω ea . . . scistis *Or.* ea . . . tenetis *Lamb.* || 4 tum *Lag. 9* | binis α huius *cett.* || 5 voluerint *Naug.* voluerunt ω || 8 habere potestatem **VM** ψ | quoniam] qm̄ **E** qūō ε cum *Bai.* || 9 ferri *Man.* | de hiis legem ε legem de his **E** | curiatam *Lag. 7, Herv.* centuriatam $\omega\ \pi$ || 10 enim *om.* **n** χ^2 || 11 si is α $\mathbf{M}^1$ suis π | possit *Man.* posset $\omega\ \pi$ || 12 aut^1 *om.* $\varepsilon\ \pi$ **M** ς | illusisse ε adlusisse π || 13 aut *om.* **M** | ut **E** aut *cett.* || 14 ut $\alpha\ \pi$ aut *cett.* | hominis *om.* **n** || 16 ea] ea lex χ || 17 qui *om.* ε | lege ⟨creati⟩ *AKl.* | ut] si sic *Zu.* || 18 iure longe ε || 19 possit **k** *Ang.* posset ω || 20 quom] qm̄ (*i. e.* quom *vel* quoniam) **E** e quoniā **V** quo ε cum *Lamb.* || 21–22 quod . . . creati *del. Karst.* || 22 Quirites] quia ε | itaque $\omega\ \pi$ iique *Ang.* atque *Schw.* || 23 ab his . . . fundamentisque *del. Karst.* | hiis (*ut saepe*) ε iis **M** ς | fundamentisque *om.* **E**, *del. Bai.* | nascitur *Lag. 9* | *add. Kays.* ⟨magistratum⟩ gerere *Cl.* regnare *pro* gerere *Pluyg. 1858* || 24 vestrum $\alpha\ \chi^2$ nostrum *cett.* || 27 tam *Haupt, Opusc. 2, 369* || 28 tempestate χ | temere *om. Lag. 9 Zu.*

⟨querendum⟩ existimamus); hic tribunus plebis legi curiatae, quam
praetor ferat, adimit intercedendi potestatem. atque hoc cum in eo
reprehendendum est, quod per tribunum plebis tribunicia potestas
minuitur, tum in eo deridendum, quod consuli, si legem curiatam non
5 habet, attingere rem militarem non licet, hic, cui vetat intercedere, ei
potestatem, etiamsi intercessum sit, tamen eandem constituit, quam si
lata esset lex, ut non intellegam, quare aut hic vetet intercedere aut
quemquam intercessurum putet, cum intercessio stultitiam intercessoris
significatura sit, non rem impeditura.

10 Sint igitur decemviri neque veris comitiis, hoc est populi suffragiis, **31**
neque illis ad speciem atque ad usurpationem vetustatis per XXX lictores
auspiciorum causa adumbratis constituti. videte nunc eos, qui a vobis
nihil potestatis acceperint, quanto maioribus ornamentis adficiat quam
omnes nos adfecti sumus, quibus vos amplissimas potestates dedistis.
15 iubet auspicia coloniarum deducendarum causa decemviros habere
pullarios⟨que⟩, 'EODEM IVRE' inquit 'QVO HABVERVNT IIIVIRI LEGE
SEMPRONIA'. audes etiam, Rulle, mentionem facere legis Semproniae, nec
te ea lex ipsa commonet tales viros illos XXXV tribuum suffragio creatos
esse? et cum tu a Ti. Gracchi aequitate ac pudore longissime remotus sis,
20 id quod dissimillima ratione factum sit, eodem iure putas esse oportere?
dat praeterea potestatem verbo praetoriam, re vera regiam; definit in **13** **32**
quinquennium, facit sempiternam; tantis enim ⟨eam⟩ confirmat opibus
et copiis, ut invitis eripi nullo modo possit. deinde ornat apparitoribus,
scribis, librariis, praeconibus, architectis, praeterea mulis, tabernaculis,
25 †centuriis†, supellectili; sumptum haurit ex aerario, suppeditat a sociis;

§ 31 (tales viros illos) *similiter v. Sex. Rosc. 50; div. Caec. 51; Verr. IV 81; Cluent. 51; Sull. 22; dom. 3* || **§ 32** (in annos singulos) *cf.* viatores in annos ternos *CIL* I^2 *587* (*lex Cornelia de XX quaest.*) | (finitores) *et §§ 45. 53; Non. p. 11–12*

1 *addidi* ⟨reprehendendum⟩ *aut* ⟨non ferendum⟩ *Mue.* ⟨furiosum⟩ *Cl.* | existimemus *Lag. 9* exaestuamus *Pant.* exagitamus *Ha.* expostulamus *Pluyg. 1858* | tribunis *Turn., Man.* | legi curiatae *Man.* -e -a **ω** || 2 praetor] pr. **ε** P. R. **E π** $M^1 V^1$ (*sed* p̄tor *in marg.*) | tum **E** || 4 deridendum est quod **E** | si *om.* **α π** (*in* **V** *supra lin. scr.*) || 5 hic, cui vetat intercedere, ei *Mue.* (hic, cui *iam ed. Ascens.*) hic, cui vetat intercedi *Cl.* (*fort. recte*) huic cui vetat intercedendi **ω** huic cui vetat intercedi *Turn.* hic qui vetat intercedere *Naug., Man.* huic qui vetat intercedere *Or.* || 6 quam] quare **n** χ^2 || 7 quare *om.* **n** || 10 sunt **α** || 11 ad^2 V^c *in marg. om.* **χ** *Lag. 9* || 13 acceperunt *Lag. 9 Zu.* || 15 auspicii *Naug.* ad auspicia *RKl. del. Bai.* | deductarum **n** χ^2 || 16 pullarios⟨que⟩ *Cl.* habere. PVLLARIOS EODEM *Mom.* | habuerim **E** | tres viri **V** treviri **E** || 18 ipsa lex **E** | commonet *ed. Venet. 1471* commovet **ω π** | tales viros] IIIviros *Naug., edd.* | suffragio *post* esse *transp. Ziel.* || 18. 19 creatos esse **α** esse creatos *cett.* || 19 t. **E ε** || 20 est *Bai.* || 22 *addidi* || 25 centuriis] tentoriis *Turn.* centunculis *RKl.* cibariis *Mue. alii alia del. Bai.*

finitores ex equestri loco ducentos, in annos ⟨singulos⟩ singulorum stipatores corporis constituit, eosdem ministros et satellites potestatis.

Formam adhuc habetis, Quirites, et speciem ipsam tyrannorum; insignia videtis potestatis, nondum ipsam potestatem. dixerit enim fortasse quispiam: 'quid me ista laedunt, scriba, lictor, praeco, pullarius?' 5 omnia sunt haec huius modi, Quirites, ut, ea qui habeat sine vestris suffragiis, aut rex non ferundus aut privatus furiosus esse videatur. 33 perspicite quanta potestas permittatur: non privatorum insaniam, sed intolerantiam regum esse dicetis. primum permittitur infinita potestas innumerabilis pecuniae conficiendae {de} vestris vectigalibus non 10 fruendis, sed alienandis; deinde orbis terrarum gentiumque omnium datur cognitio sine consilio, poena sine provocatione, animadversio sine 34 auxilio. iudicare per quinquennium vel de consulibus vel de ipsis tribunis plebis poterunt; de illis interea nemo iudicabit; magistratus iis petere licebit, causam dicere non licebit; emere agros, a quibus volent et quos 15 volent, quam volent magno, poterunt; colonias deducere novas, renovare veteres, totam Italiam suis colonis ut complere liceat permittitur; omnis provincias obeundi, liberos populos agris multandi, regnorum vendendorum summa potestas datur; cum velint, Romae esse, cum commodum sit, quacumque velint summo cum imperio iudicioque rerum omnium 20 vagari ut liceat conceditur; interea dissolvant iudicia publica, e consiliis abducant quos velint, singuli de maximis rebus iudicent, quaesitori permittant, finitorem mittant, ratum sit quod finitor uni illi, a quo missus 14 35 erit, renuntiaverit. verbum mihi deest, Quirites, cum ego hanc potestatem regiam appello, sed profecto maior est quaedam. nullum enim 25 regnum fuit umquam, quod non se, ⟨si⟩ minus iure aliquo, at regionibus tamen certis contineret. hoc vero infinitum est, quo et regna omnia et

§ 34 (e consiliis abducant) *cf. Att. 8, 8, 5*

1 finitores *Ant. Augustinus* iam lictores *Lag. 9* ianitores ω | in annos ω vicenos *Mom.* | singulos *addidi* | singulorum **E** *Mom.* singulos ω singulis *vel* in singulos *Mue.* || 3 ipsam ω istam *Ri.* *del. Koch* || 4 videtis ω *om.* ε veteris *Herv.* || 5 praeco *om.* **E** || 7 ferendus **e** ς *Lag. 9* || 8 ⟨at⟩ perspicite *Kays.* ⟨nunc⟩ perspicite *Ri.* || 9 regis **e** ς | esse *om.* **E** || 10 *del. Madv. adv. cr. 1, 38* || 11 orbis **n** χ^2 de orbe **E** de orbis *cett.* || 12 sine consilio *om. Lag. 9* || 14 is ε his **E** || 15 *an* indicere? | non libebit *Cast.* | et **E** ut ε vel *cett. del. Laur.* || 16 volent[1] **E e n** χ^2 velint *cett.* || 17 totam coloniam italiam ε | colonis **k** *Turn.* coloniis ω || 18 vendendorum *Camerarius* vel (*om.* **E**) dandorum ω adimendorum *Zu.* vel dandorum ⟨vel eripiendorum⟩ *Graev.* || 19 datur; cum velint Romae *Zu.* datur, cum velint. Romae *Bai.* cum velint *del. Pluyg. 1858* || 20 sit *om.* $\mathbf{V^c}$ **M** ψ | quascumque **E** ε || 21 e α π de *cett.* || 22 de **E** ε e *cett.* | maxumis $\mathbf{V^c}$ **M** ψ | quaesitori *cod. Torr.* quaestori ω || 22. 23 quaesitori permittant finitorem mittere *Syd.* ⟨iudicium⟩ quaestori permittant *Pluyg. 1858* quaestionem ⟨si velint⟩ finitori permittant *Schw.* || 23 illi **e** ε **k** ulli *cett.* || 24 mihi] nihil **M** || 25 quodam **V** || 26 se, si *Bai.* si $\mathbf{V^c}$ χ^2 **k** se *cett.* | at α **V n** χ^2 ac *cett.* || 27 contineret α π continetur $\mathbf{M^1}$ contineretur *cett.*

vestrum imperium, quod latissime patet, et ea, quae partim libera a vobis, partim etiam ignorata vobis sunt, permissu legis continentur.

Datur igitur eis primum, ut liceat ea vendere omnia, de quibus vendendis senatus consulta facta sunt 'M. TVLLIO CN. CORNELIO CONSVLIBVS 5 POST⟨VE⟩ EA'. cur hoc tam est obscurum atque caecum? quid? ista **36** omnia de quibus senatus censuit nominatim in lege perscribi nonne potuerunt? duae sunt huius obscuritatis causae, Quirites, una pudoris (si quid pudor esse potest in tam insigni impudentia), altera sceleris. nam neque ea, quae senatus nominatim vendenda censuit, audet appellare; 10 sunt enim loca publica urbis, sunt sacella, ⟨sunt⟩ quae post restitutam tribuniciam potestatem nemo attigit, quae maiores in urbe ⟨***⟩ partim periculi perfugia esse voluerunt. haec lege tribunicia decemviri vendent. accedet eo mons Gaurus, accedent salicta ad Minturnas, adiungetur et illa via vendibilis Herculanea multarum deliciarum et magnae pecuniae, 15 permulta alia, quae senatus propter angustias aerarii vendenda censuit, consules propter invidiam non vendiderunt. verum haec fortasse propter **37** pudorem in lege reticentur. sed illud magis est credendum et pertimescendum, quod audaciae decemvirali corrumpendarum tabularum publicarum fingendorumque senatus consultorum, quae facta numquam 20 sint, cum ex eo numero, qui per eos annos consules fuerunt, multi mortui sint, magna potestas permittitur. nisi forte nihil est aequum nos de eorum audacia suspicari, quorum cupiditati nimium angustus orbis terrarum esse videatur.

15 **38** Habetis unum venditionis genus, quod magnum videri vobis intellego. 25 sed attendite animos ad ea, quae consecuntur; hunc quasi gradum quendam atque aditum ad cetera factum intellegetis. 'QVI AGRI, QVAE LOCA, AEDIFICIA.' quid est praeterea? multa in mancipiis, in pecore, auro, argento, ebore, veste, supellectili, ceteris rebus. quid dicam? invidiosum

§ 35 (M. Tullio Cn. Cornelio coss.) *a. 81* || **§ 37** (multi mortui sint) *cf. Att. 12, 21, ubi Cic. nomina vivorum a. 63 consularium adfert*

1 imperium vestrum **VMψ** | quoad *Ri.* || 2 vobis^{1}] nobis **n** | ignota *Lagg. 1, 7* || 3 ea α eis *cett.* || 4 senatus consulta] se (*i. e.* s. c.) α | sint *Ern.* || 5 post⟨ve⟩ ea *Ri.* (*cf. Verr. 1, 106*) postea ω aut postea *ed. P. Rami 1580* (*cf. p. 24, 5*) | est tam **E** *Bai.* || 7 Quirites *om.* ε || 8 imprudentia αV^1M^1ς || 9 nominatim *post* vendenda *transp. Schw.* || 10 *addidi* || 11 attingit α | *post* urbe *lacunam indic. Uss.* || 12 perfugia ⟨partim urbis ornamenta⟩ esse *Lamb.*, *idemque fere post* urbe *inseruit Cl.* || 13 accedet *Ang.* -it ω | accedunt *Lag. 9* | minturas ε | adiungentur **V** | et α**n**χ^2 etiam V^c *cett.* || 14 villa Herculanea V^2 *in marg.* | herculanea **k** *Lag. 9* herculentea VM^1ς herculantea V^c *cett.* || 17 recitantur χ | cavendum **k** *Lamb.* verendum *Gul.* || 19 numquam facta **E** || 20 sint *Uss.* sunt ω || 21 permittitur potestas **E** | nos α**n** vos *cett.* || 22 nimis χ || 25 consecuntur α**M** consequuntur **Vψn** secuntur *Lag. 9* || 26 factum *Laur.* iactum ω | intellegetis **e**ε**k** intellegitis EV^cM**ψn** | quae *del. Ri.* || 27 quae aedificia **k** *cod. Laur.* aedificia ⟨aliudve quid⟩ *Pluyg. 1858* (*ex p. 24, 2*)

putasse hoc fore, si omnia nominasset? non metuit invidiam. quid ergo? longum putavit et timuit, ne quid praeteriret; ascripsit 'ALIVDVE QVID', qua brevitate rem nullam esse exceptam videtis. quicquid igitur sit extra Italiam, quod publicum populi Romani factum sit L. Sulla Q.
39 Pompeio consulibus aut postea, id decemviros iubet vendere. hoc capite, 5
Quirites, omnis gentis, nationes, provincias, regna decemvirum dicioni, iudicio potestatique permissa et condonata esse dico. primum hoc quaero, ecqui tandem locus usquam sit, quem non possint decemviri dicere publicum populi Romani esse factum. nam cum idem possit iudicare, qui dixerit, quid est, quod non liceat ei dicere, cui {non} liceat idem iudicare? 10
commodum erit Pergamum, Smyrnam, Trallis, Ephesum, Miletum, Cyzicum, totam denique Asiam, quae post L. Sullam Q. Pompeium
40 consules recuperata sit, populi Romani factam esse dicere: utrum oratio ad eius rei disputationem deerit, an, cum idem et disseret et iudicabit, impelli non poterit, ut falsum iudicet? an, si condemnare Asiam nolet, 15
terrorem damnationis et minas non quanti volet aestimabit? quid? quod disputari contra nullo pacto potest, quoniam statutum a nobis est et iudicatum, quam hereditatem iam crevimus, regnum Bithyniae, quod certe publicum est populi Romani factum, num quid causae est, quin omnes agros, urbes, stagna, portus, totam denique Bithyniam decemviri 20
vendituri sint? quid? Mytilenae, quae certe vestrae, Quirites, belli lege ac victoriae iure factae sunt, urbs et natura ac situ et descriptione aedificiorum et pulchritudine in primis nobilis, agri iucundi et fertiles,
41 nempe eodem capite inclusi continentur. quid? Alexandria cunctaque Aegyptus ut occulte latet, ut recondita est, ut furtim tota decemviris 25
traditur! quis enim vestrum hoc ignorat, dici illud regnum testamento regis Alexae populi Romani esse factum? hic ego consul populi Romani non modo nihil iudico, sed ne quid sentiam quidem profero; magna

§ 38 (L. Sulla Q. Pompeio coss.) *a. 88* || **§ 39** *cf. or. 1, 9* || **§ 40** (regnum Bithyniae) *publicum est p. R. factum a. 74, cf. et § 50* | *de pulchritudine Mytilenarum v. Vitruv. 1, 6; Cic. fam. 4, 7, 4* || **§ 41** *ad res Aegypti cf. et or. 1, 1* | (regis Alexae) *probabiliter Alexandri II, mort. a. 81*

1 putasse *Put.* putasset **ω** *RKl.* || 2 aliudne **VM ψ n** || 3 exceptam esse **ε** | igitur **α** ergo **V** *cett.* || 5 capite **k** *Lag. 9* caput **ω** || 7.8 hoc quaero ecqui *Gebh.* (numqui *potius quam* ecqui *Ri.*) hoc quaero enim qui **ω π** enim hoc quaero qui *Lag. 9 Zu.* || 8 usque **χ** | decemviri non possint **E** || 10 cui *Herv.* cui non **ω** | idem **ω π** eidem *Man., vulgo* || 13 sit **ω** est *Lag. 9, Zu., alii* || 14 disputationem (-es **χ**) **ω π** disceptationem *Naug.* || 14—16 an . . . aestimabit *om.* **M** || 16 aestimabit **k** *ed. Rom. 1471* existimabit **ω** | quid? de quo *Madv.* || 17 quod iam **V**^{c}**M**^{c} (*in marg.*) **ς** || 18 quam **ω** (q$\overset{u}{m}$ **E**) quoniam *Ern.* | hereditate **E** | iam] ita **E** *om.* **e ε** | crevimus **V**^{c}**M**^{1} **ς** creavimus *cett.* || 20 stagna **α** stativa *cett.* || 21 sunt **ς** | quid? Mytilenae *recte distinxit Mue.* (*simil. et in l. 24*) | certe *Lag. 9, Ang.* terrae **ω π** || 22 discriptione *Buecheler* || 24 inclusae *Pluyg. 1858* || 25 latet *om. Lag. 9* | est *ed. Mediol.* (reconditast *AKl.*) fuit **k** sunt **ω** || 27 Alexa *in* **V** *in marg.* Alexandri **ς** *Laur.* alexandriae *Lag. 9*

enim mihi res non modo ad statuendum, sed etiam ad dicendum videtur
esse. video, qui testamentum factum esse confirmet; auctoritatem senatus exstare hereditatis aditae sentio tum, quom Alexa mortuo legatos
Tyrum misimus, qui ab illo pecuniam depositam nostris recuperarent.
5 haec L. Philippum saepe in senatu confirmasse memoria teneo; eum, **42**
qui regnum illud teneat hoc tempore, neque genere neque animo regio
esse inter omnes fere video convenire. dicitur contra nullum esse testamentum, non oportere populum Romanum omnium regnorum appetentem videri, demigraturos in ea loca nostros homines propter agrorum
10 bonitatem et omnium rerum copiam. hac tanta de re P. Rullus cum **43**
ceteris decemviris collegis suis iudicabit; et verum iudicabit? nam utrumque ita magnum est, ut nullo modo neque concedendum neque ferendum
sit. volet esse popularis; populo Romano adiudicabit. ergo idem ex sua
lege vendet Alexandriam, vendet Aegyptum, urbis copiosissimae pul-
15 cherrimorumque agrorum iudex, arbiter, dominus, rex denique opulentissimi regni reperietur. non sumet sibi tantum, non appetet; iudicabit **17**
Alexandriam regis esse, a populo Romano abiudicabit. primum † tum † **44**
populi Romani hereditatem decemviri iudicent, cum vos volueritis de
privatis hereditatibus centumviros iudicare? deinde quis aget causam
20 populi Romani? ubi res ista agetur? qui sunt isti decemviri, quos prospiciamus regnum Alexandriae Ptolomaeo gratis adiudicaturos? quodsi
Alexandria petebatur, cur non eosdem cursus hoc tempore, quos L. Cotta
L. Torquato consulibus cucurrerunt? cur non aperte ut antea, cur non
item ut tum derecto et palam regionem illam petierunt? an, qui etesiis,
25 qui per cursum rectum regnum tenere non potuerunt, nunc taetris
tenebris et caligine se Alexandriam perventuros arbitrati sunt?

(pecuniam depositam) *cf. Schol. Bob. ad Cic. reg. Alex. fr. 3, p. 92 St.* (*habet* sepositam) || **§ 42** (eum qui . . . tempore) *i. e. Ptolemaeus Auletes* || **§ 43** (verum iudicabit) *cf. § 40* falsum iudicet || **§ 44** (L. Cotta L. Torquato coss.) *a. 65* (*ad M. Crassum v. Plut. Crass. 13*)

3 tum, quom *AKl.* tum cum *RKl.* tum quando ω quando *Ha.* | alexandro χ alexandrino *Lag. 9* | mortuos α || 4 nostris ω a nostris *Lag. 9* nobis *Put.* nos tris *ante* legatos (3) *transp. Cl.* || 8 appetentem *Ang.* petentem ω (**V**ᶜ) potentem **V**¹**ck** || 11 ceteris *om.* **E**, *del. Bai.* | verum] utrum *Put.*, *vulgo* || 13 abiudicabit α π || 16 reperietur χ²**ck** reperitur (repp- **E**) ω || 17 tum ω π *del. Freese* † tum † *RKl.*, *Mue.* eum *Lag. 9* cur *Pluyg. 1858* (tum ⟨quaero, cur⟩ *Kays.*) num *Zu.* fiet, ut *Fr.* || 18 de p. R. hereditate *coni. Mue.* tum ⟨nullam⟩ hereditatem p. R. *Syd.* | iudicabunt *coni. Mue.* abiudicent *Sh. B.* | volueris **E**¹ || 20 aget ε | decemviros **E** | prospiciamus *RKl.* per- ω || 22 cur **V** *in marg.* (*m. 2* cur nō) *om.* α**M**¹ | cocta **V** || 23 ante ε || 23. 24 cur non iterum directo *Pluyg.* || 24 tum **E** π cum *cett.* | derecto *Mue.* directo *Laur.* (*cf. Cic. Caec. 22*) decreto ω | petiverunt *Cl.* | qui etesiis *Gul.* quietis iis (his) ω π an Quirites ii qui *Man.* || 25 regnum ω partum *Pluyg. 1858* *del. Kays.* | taetris **E** tetris (tetis **M**¹) ω cecis *Lag. 8*

45 Atque illud circumspicite vestris mentibus una, Quirites. legatos nostros, homines auctoritate tenui, qui rerum privatarum causa legationes liberas obeunt, tamen exterae nationes ferre vix possunt. grave est enim nomen imperii atque id etiam in levi persona pertimescitur, propterea quod vestro, non suo nomine, cum hinc egressi sint, abutuntur. 5 quid censetis, cum isti decemviri cum imperio, cum fascibus, cum illa delecta finitorum iuventute per totum orbem terrarum vagabuntur, quo 46 tandem animo, quo metu, quo periculo miseras nationes futuras? est in imperio terror; patientur. est in adventu sumptus; ferent. imperabitur aliquid muneris; non recusabunt. illud vero quantum est, Quirites, cum 10 is decemvir, qui aliquam in urbem aut exspectatus ut hospes aut repente ut dominus venerit, illum ipsum locum, quo venerit, illam ipsam sedem hospitalem, in quam erit deductus, publicam populi Romani esse dicet! at quanta calamitas populi, si dixerit! quantus ipsi quaestus, si negarit! atque idem, qui haec appetunt, queri nonnumquam solent omnis terras 15 Cn. Pompeio atque omnia maria esse permissa. simile vero est multa committi et condonari omnia, labori et negotio praeponi an praedae et quaestui, mitti ad socios liberandos an ad opprimendos! denique si qui est honos singularis, nihilne interest, utrum populus Romanus eum cui velit deferat, an is impudenter populo Romano per legis fraudem surri- 20 piatur?

18 47 Intellexistis quot res et quantas decemviri legis permissu vendituri sint. non est satis. cum se sociorum, cum exterarum nationum, cum regum sanguine implerint, incidant nervos populi Romani, adhibeant manus vectigalibus vestris, irrumpant in aerarium. sequitur enim caput, 25 quo capite ne permittit quidem, si forte desit pecunia, quae tanta ex superioribus recipi potest, ut deesse non debeat, sed plane, quasi ea res vobis saluti futura sit, ita cogit atque imperat, ut decemviri vestra 48 vectigalia vendant nominatim. quam tu mihi ex ordine recita de legis scripto populi Romani auctionem; quam mehercule ego praeconi huic 30

§ 45 *cf. or. 1, 8sq.* || **§ 46** (omnis terras ... esse permissa) *lege Gabinia a. 67 et Manilia a. 66* | (praedae et quaestui) *de praeda Pompeii bello Mithridatico v. Plut. Pomp. 45; App. Mithr. 15. 16* || **§ 47** (quot res ...) *cf. § 35sq.* | (ex superioribus) *§§ 34–35* || **§ 48** *cf. or. 1, 4*

1 una, Quirites *Turn.* unaque ω atque ε animisque *Laur.* Namque *Alanus* || 2 nostros α **n** vestros *cett.* || 3 litteras **E** ε || 6 censetis *om.* ε || 7 totum α *om. cett.* || 9 patientia **E** || 13 quam *Herv., Naug.* qua ω | dicet] dicere poterit *Schw.* || 14 at *om.* α **n** | populo *Pluyg. 1858* || 17 et[1] ω π an *Ang.* || 18 quis χ || 19 nihil **E** || 20 imprudenter *Laur.* || 23 sese **n** χ^2 *om.* π || 24 impleverint ε || 25 irrumpant ε **k** ς irrumpent *cett.* (incident ... adhibebunt ... irrumpent *Or.*) || 26 capite *fort. delendum* | ne permittit quidem] non permittit tantum *Pluyg. 1858* || 28 vobis α nobis *cett.* | cogit *Ang.* cogitat α **M** ψ **n** | implerat $\mathbf{V}^c$ || 29 nominatim *del. Schw.* | quam ω Quirites. eam *Cl.* quamquam *Ha.* *del. Uss.* Quirites *Sh. B.* || 30 quam *del. Mom.* | praeconi *om. Lag. 9, del. Kays.*

ipsi luctuosam et acerbam praedicationem futuram puto. ⟨— RECITATIO —⟩ ut in suis rebus, ita in re publica luxuriosus nepos, qui prius silvas vendat quam vineas! Italiam percensuisti; perge in Siciliam. ⟨— RECITATIO —⟩ nihil est in hac provincia, quod aut in oppidis aut in 5 agris maiores nostri proprium nobis reliquerint, quin id venire iubeat. quod partum recenti victoria maiores vobis in sociorum urbibus ac finibus et vinculum pacis et monumentum belli reliquerunt, id vos ab illis acceptum hoc auctore vendetis? hic mihi parumper mentes vestras, Quirites, commovere videor, dum patefacio vobis, quas isti penitus 10 abstrusas insidias se posuisse arbitrantur contra Cn. Pompei dignitatem. et mihi, quaeso, ignoscite, si appello talem virum saepius. vos mihi praetori biennio ante, Quirites, hoc eodem in loco personam hanc imposuistis, ut, quibuscumque rebus possem, illius absentis dignitatem vobiscum una tuerer. feci adhuc quae potui neque familiaritate illius 15 adductus nec spe honoris atque amplissimae dignitatis, quam ego etsi libente illo, tamen absente illo per vos consecutus sum. quam ob rem cum intellegam totam hanc fere legem ad illius opes evertendas tamquam machinam comparari, et resistam consiliis hominum et perficiam profecto, quod ego video, ut id vos universi non solum videre, verum etiam 20 tenere possitis. iubet venire, quae Attalensium, quae Phaselitum, quae Olympenorum fuerint, agrumque Aperensem et Oroandicum et Gedusanum. haec P. Servili imperio et victoria, clarissimi viri, vestra facta sunt. adiungit agros Bithyniae regios, quibus nunc publicani fruuntur; deinde Attalicos agros in Cherroneso, in Macedonia, qui regis Philippi 25 sive Persae fuerunt, qui item a censoribus locati sunt et certissimum

(marginal section numbers: **49** at line 6, **50** at line 16, **19** at line 20)

§ 48 (nepos) *v. or. 1, 2* || **§ 50–52** *cf. or. 1, 5sq.* || **§ 50** (P. Servili imperio) *a. 78–75* | (agros Bithyniae ...) *cf. § 40; Nicomedes III, mort. a. 74, testamento regnum p. R. dedit*

1 ipsi *Ang.* ipsam ω π | RECITATIO *scripsi hic et in l. 4* AVCTIO *hoc loco Man.* || 2 luxuriosos **V**[1]**M**[1] luxuriosus ⟨est⟩ *Lamb.* || 3 vendeat **M** | *post* Siciliam *inseruit* AVCTIONIS PARS EA QVAE AD SICILIAM PERTINET *Lamb.* || 4 in[3] *om.* α || 5 vobis α | reliquerunt **e n** χ^2 ς || 5–7 reliquerint ... belli *om.* ε || 6 partum **E** ε **k** *Lag. 9* partim **VM** *cett.* || 7 monimentum **VM** ψ monimenti (-num- π) **E e** π munimentum *Schw.* | relinquerunt **E** reliquerint **M** || 9–10 quam ... arbitrentur *Lamb.* || 10 insidias *om.* **E** || 12 hanc personam ε || 15 neque *Lag. 9* || 16 illo[1] *del. Pluyg. 1881* | illo[2] *om. Lag. 9, del. Man.* || 17 totam hanc α hanc totam *cett.* || 19 video α video comparari *cett.* || 20 attalensium **c k** attaliensium *cett.* | Phaselitum *Naug.* phasiletum ω | 21 Olympenorum *Naug.* olimpinorum (-ly-) ω | Aperensem *Zu.* (*cf. Plin. n. h. 5, 100; Ptol. 5, 3, 3*) agerensem ω | Oroandicum *Gar.* (*ex Plin. n. h. 5, 94; 32, 147*) ornidicum ε orindicum ω | gedusavum α Eleusanum *Zu.* || 22 clarissimi viri **k** clarissimi l. viri ω *ante* P. Servili *Lag. 9* || 23 fruuntur publicani ε || 25 item *om. Lag. 9, del. Kays. fort. recte* | accensoribus **E e** | locati sunt, certissimum *Karst.* locati sunt, ⟨maximum⟩ et certissimum *Gebh.* locari solent, certissimum *Uss.*

51 vectigal ⟨adferunt⟩. ascribit eidem auctioni Corinthios agros opimos et fertiles et Cyrenenses, qui Apionis fuerunt, et agros in Hispania propter Carthaginem novam et in Africa ipsam veterem Carthaginem vendit, quam videlicet P. Africanus non propter religionem sedum illarum ac vetustatis de consilii sententia consecravit, nec ut ipse locus eorum, qui (5) cum hac urbe de imperio decertarunt, vestigia calamitatis ostenderet, sed non fuit tam diligens quam est Rullus, aut fortasse emptorem ei loco reperire non potuit. verum inter hos agros egregios captos veteribus bellis virtute summorum imperatorum adiungit regios agros, Mithridatis qui in Paphlagonia, qui in Ponto, qui in Cappadocia fuerunt, ut eos (10) 52 decemviri vendant. itane vero? non legibus datis, non auditis verbis imperatoris, nondum denique bello confecto, cum rex Mithridates amisso exercitu regno expulsus tamen in ultimis terris aliquid etiam nunc moliatur atque ab invicta Cn. Pompei manu Maeote et illis paludibus et itinerum angustiis atque altitudine montium defendatur, cum imperator (15) in bello versetur, in locis autem illis etiam nunc belli nomen reliquum sit, eos agros, quorum adhuc penes Cn. Pompeium omne iudicium et 53 potestas more maiorum debet esse, decemviri vendent? et, credo, P. Rullus (is enim sic se gerit, ut sibi iam decemvir designatus esse 20 videatur) ad eam auctionem potissimum proficiscetur. is videlicet ante- (20) quam veniat in Pontum litteras ad Cn. Pompeium mittet, quarum ego iam exemplum ab istis compositum esse arbitror: 'P. SERVILIVS RVLLVS TRIBVNVS PLEBIS DECEMVIR S. D. ⟨CN.⟩ POMPEIO CN. F.' (non credo ascripturum esse MAGNO; non enim videtur id, quod imminuere lege conatur, concessurus verbo) 'TE VOLO CVRARE VT MIHI SINOPAE PRAESTO (25) SIS AVXILIVMQVE ADDVCAS, DVM EOS AGROS QVOS ⟨TV⟩ TVO LABORE CEPISTI EGO MEA LEGE VENDAM.' an Pompeium non adhibebit? in eius provincia vendet manubias imperatoris? ponite ante oculos vobis Rullum in Ponto inter nostra atque hostium castra hasta posita cum suis formosis 54 finitoribus auctionantem. neque in hoc solum inest contumelia, quae (30)

§ 51 (agros Cyrenenses) *Ptolemaeus Apion, mort. a. 96; provincia facta a. 74* | (Carthaginem) *cf. or. 1, 5* || **§ 52** (Maeote) *de forma v. Cic. Tusc. 5, 49* (*Ennius*) *et Plin. n. h. 5, 47* || **§ 53** *cf.* ponite ante oculos Rullum hasta posita in Pompei castris cum suis formosis finitoribus auctionantem *Aqu. Rom. RL 26, 5; or. 1, 6*

1 *suppl. Cl.* | eidem *Lamb.* idem ω item *Zu.* | corinthos **E** | agris his ε || 4 sedium illarum **E**^{2} ς sed villarum ε | ac] et ε || 5 consilio α **n** χ^{2} | nec α π sed *cett.* | 6 certarunt α **n** χ^{2} || 8 egregios *Fr.* regios ω *del. Kays.* || 9 agros, Mithridatis qui *distinxit Mue.* || 10 sunt *Schw.* || 12 Mithridates *del. Kays.* || 14 atque] absque α | maeote **E** meote **VM**^{1} ψ maeothe χ maeotie π merote **M**^{c}ε Maeotide *Herv.* | illis *ex* allis *corr.* **V** || 18 decem viri *Lag. 9, ed. Venet.* viri decem ω π || 19 ut si *Schw.* || 23 ⟨Cn.⟩ *Man.* || 24 videbitur **V**^{1} **n** || 25 sinope **VM** ε || 26 *add. Laur.* | 27 lege mea **E** | adhibebit ⟨cum⟩ *Ri.* || 28 vobis *om. Aqu. Rom.* || 29 in Ponto inter nostra atque hostium *om. Aqu. Rom.* | vestra **n** χ || 30 auctiantem **E**

vehementer et insignis est et nova, ut ulla res parta bello nondum legibus datis, etiam tum imperatore bellum administrante non modo venierit, verum locata sit. plus spectant homines certe quam contumeliam; sperant, si concessum sit inimicis Cn. Pompei cum imperio, cum iudicio 5 omnium rerum, cum infinita potestate, cum innumerabili pecunia non solum illis in locis vagari, verum etiam ad ipsius exercitum pervenire, aliquid illi insidiarum fieri, aliquid de eius exercitu, copiis, gloria detrahi posse. putant, si quam spem in Cn. Pompeio exercitus habeat aut agrorum aut aliorum commodorum, hanc non habiturum, cum viderit earum 10 rerum omnium potestatem ad decemviros esse translatam. patior non 55 moleste tam stultos esse, qui haec sperent, tam impudentes, qui conentur; illud queror, tam me ab iis esse contemptum, ut haec portenta me consule potissimum cogitarent.

Atque in omnibus his agris aedificiisque vendendis permittitur decem- 15 viris, ut vendant quibuscumque in locis ⟨eis⟩ videatur. o perturbatam rationem, o libidinem refrenandam, o consilia dissoluta atque perdita! vectigalia locare nusquam licet nisi in hac urbe, hoc antiquo ex loco, hac **21** vestrum frequentia; venire nostras res proprias et in perpetuum a nobis abalienari in Paphlagoniae tenebris atque in Cappadociae solitudine 20 licebit? L. Sulla cum bona indemnatorum civium funesta illa auctione 56 sua venderet et se praedam suam diceret vendere, tamen ex hoc loco vendidit nec, quorum oculos offendebat, eorum ipsorum conspectum fugere ausus est; decemviri vestra vectigalia non modo non vobis, Quirites, arbitris, sed ne praecone quidem publico teste vendent?

25 Sequitur 'OMNIS AGROS EXTRA ITALIAM' infinito ex tempore, non, ut antea, ab Sulla et Pompeio consulibus. cognitio decemvirum, privatus sit ⟨ager⟩ an publicus; eique agro pergrande vectigal imponitur. hoc quan- 57 tum iudicium, quam intolerandum, quam regium sit, quem praeterit, posse quibuscumque locis velint, nulla disceptatione, nullo consilio

§ 56 *de Sulla v. et Verr. 3, 81; off. 2, 27* || **§ 57–58** *cf. or. 1, 11*

1 nulla **n** || 2 etiam cum **n** etiam tamen χ^1 | venierit **eεck** venerit **EVM** *cett.* || 2–3 veneat . . . locetur, sed *coni. Schw.* || 3 verum ⟨etiam⟩ *Naug.* || 4 inimicis χ^2 *ed. Rom. 1471* inimici ω || 6 illis *Pluyg. 1858* aliis ω π || 8 spem] rem ε | habebat **M** || 9 viderit *Naug.* viderint ω viderunt **k** || 11 tam . . . tam ω cum . . . tum *Lag. 9, Zu.* tam . . . quam *RKl.* | haec **E**ε**n** hoc *cett.* | qui haec conentur **E** || 12 illud] id ε | iis α his **VM**ψ aliis **n** (illis *Lag. 7*) || 15 quibuscumque in locis *litt. maior. Cl.* | *addidi* | videatur *del. Cl.* || 16 refrenandam ω refrenatam **e** effrenatam *Bai.* ecfrenatam *Mue.* || 17 hoc antiquo loco *Syd.* (ex *addidi*) hoc (hec) aut illo ex loco **VM**ψεπ hoc autem illo ex loco **E** hoc loco *Naug.* hoc excelso ex loco *Boot* hoc auspicato ex loco *Karst.* || 18 vestras **n** | a (ab) vobis απ**n** || 19 alienari χ^2 ς *Lag. 9* || 20. 21 actione sua επ sua actione **E** || 21 et se . . . vendere *om.* **n**χ^2 || 23. 24 non vobis, Quirites *Mue.* ne vobis quidem ω ne vestris ε vobis *Laur.* || 26 ante *Lag. 9* || 27 *addidi* | eique *Madv.* sicque ω sic, Quirites *Ri.* denique *Zu.* | vectigal pergrande **E** | hic **E** || 28 quam[1]] quantum **VM**ψ

privata publicare, publica liberare? excipitur hoc capite ager ⟨in⟩ Sicilia Recentoricus; quem ego excipi et propter hominum necessitudinem et propter ⟨rei⟩ aequitatem, Quirites, ipse vehementer gaudeo. sed quae ⟨est⟩ haec impudentia! qui agrum Recentoricum possident, vetustate possessionis se, non iure, misericordia senatus, non agri condicione (5) defendunt. nam illum agrum publicum esse fatentur; se moveri possessionibus, antiquissimis sedibus ac dis penatibus negant oportere. ac, si est privatus ager Recentoricus, quid eum excipis? sin autem publicus, quae est ista aequitas, ceteros, etiamsi privati sint, permittere, ut publici iudicentur, hunc excipere nominatim, qui publicum sese fateatur? ergo (10) eorum ager excipitur, qui apud Rullum aliqua ratione valuerunt, ceteri agri omnes, qui ubique sunt, sine ullo dilectu, sine populi Romani notione, sine iudicio senatus decemviris addicentur? (22 | 58) atque etiam est alia superiore capite, quo omnia veneunt, quaestuosa exceptio, quae teget eos agros, de quibus foedere cautum est. audivit hanc rem non a me sed (15) ab aliis agitari saepe in senatu, nonnumquam ex hoc loco, possidere agros in ora maritima regem Hiempsalem, quos P. Africanus populo Romano adiudicarit; ei tamen postea per C. Cottam consulem cautum esse foedere. hoc quia vos foedus non iusseritis, veretur Hiempsal, ut satis firmum sit et ratum. cuicuimodi est illud, tollitur vestrum iudicium, (20) foedus totum accipitur, comprobatur. quod minuit auctionem decemviralem laudo, quod regi amico cavet non reprehendo, quod non gratis (59) fit indignor. volitat enim ante oculos istorum Iuba, regis filius, adulescens non minus bene nummatus quam bene capillatus.

Vix iam videtur locus esse, qui tantos acervos pecuniae capiat; auget, (25)

§ 58 (superiore capite) *§ 48* || **§ 59** (Iuba . . . bene capillatus) *de more Maurorum cf. Strab. 17 p. 828* || **§ 59–62** *cf. or. 1, 11–13*

1 publica re **π** | publica] publica r. p. **E** *om.* **ε** publica p. R. *Mom.* | *add. Naug.* || 2 siciliae *Lag. 9* | et *om.* **ε** | necessitatem **ε** || 3 ⟨rei⟩ *Pluyg. 1858* | ipse *Grut.* saepe **ω** ipsam *Alanus* || 3.4 quae ⟨est⟩ *Madv.* quae *Angel.* quid **ω** quid hoc impudentius? *Sh. B.* | recentorium **E** || 5 possessiones **E** | conditionem **E** || 7 antiquissimis *Laur.* amicissimis **eV**^{1}**Mn** *alii* amircissimis **π** a maximis **E** amenis. **V**^{c} *in marg.* *in* amenissimis *corr. Lag. 9* **ς** *in marg.* avitis suis *Ri.* | diis **VM** | at *Lag. 9* || 8 eum] enim **χ ς** || 9 ceteri *Koch* || 10 hunc . . . fateatu *rom.* **n** | publicum sese fateatur *scripsi* publicus esse fateatur **ω** (*forma passive intelligenda vix ferri potest*) publicum se esse fateatur *Cl.* publicum se ipse fateatur *Cast. alii aliter* || 11 excipietur . . . valuerint *Pluyg. 1858* | aliqua *Madv.* alia **ω** || 12 sine^{1} *om.* **E** | delictu **E** dictu *Lag. 20* delectu *edd. veteres* || 13 addicentur? *primus Mue.* addicuntur *Schw.* || 14 veneunt **αk** veniunt *cett.* | teget **ω** tegit *Man.* demit *aut* tollit *coni. Mue.* || 15 est cautum *Cl.* || 17 agros *om.* **M**^{1} | maritũma **eV ς** || 18 ei *Lamb.* et **ω** | coctam **V** || 19 vereretur **n** || 20 cuicuimodi *Madv. adv. cr. 2, 205* quid? cuius modi **ω** || 21 totus **M ψ χ** | accipitur *Pluyg. 1858* excipitur **α n ς** excipit **VM ψ** | q(?) comprobatur **V** || 22 caves **n** || 23 indignor *RKl.* indico **ω** | Iuba *Laur.* iubae **ω** || 25 pecuniae *om.* **E** | auget, capiat **E** audet **n** | auget] aggerit *Pluyg. 1858*

addit, accumulat. 'AVRVM, ARGENTVM EX PRAEDA, EX MANVBIIS, EX
CORONARIO AD QVOSCVMQVE PERVENIT NEQVE RELATVM EST IN PVBLICVM
NEQVE IN MONVMENTO CONSVMPTVM', id profiteri apud decemviros et ad
eos referre iubet. hoc capite etiam quaestionem de clarissimis viris, qui
5 populi Romani bella gesserunt, iudiciumque de pecuniis repetundis ad
decemviros translatum videtis. horum erit nunc iudicium, quantae
cuiusque manubiae fuerint, quid relatum, quid residuum sit; in posterum
vero lex haec imperatoribus vestris constituitur, ut, quicumque de
provincia decesserit, apud eosdem decemviros quantum habeat praedae,
10 manubiarum, auri coronarii profiteatur. hic tamen vir optimus eum, **60**
quem amat, excipit, Cn. Pompeium. unde iste amor tam improvisus ac
tam repentinus? qui honore decemviratus excluditur prope nominatim,
cuius iudicium legumque datio, captorum agrorum ipsius virtute cognitio
tollitur, cuius non in provinciam, sed in ipsa castra decemviri cum
15 imperio, infinita pecunia, maxima potestate et iudicio rerum omnium
mittuntur, cui ius imperatorium, quod semper omnibus imperatoribus
est conservatum, soli eripitur, is excipitur unus, ne manubias referre
debeat? utrum tandem hoc capite honos haberi homini an invidia
quaeri videtur?

28
20 Remittit hoc Rullo Cn. Pompeius; beneficio isto legis, benignitate **61**
decemvirali nihil utitur. nam si est aequum praedam ac manubias suas
imperatores non ad monumenta deorum immortalium neque in urbis
ornamenta conferre, sed ad decemviros tamquam ad dominos reportare,
nihil sibi appetit praecipue Pompeius, nihil; vult se in communi atque in
25 eodem quo ceteri iure versari. sin est iniquum, Quirites, si turpe, si in-
tolerandum hos decemviros portitores omnibus omnium pecuniis consti-
tui, qui non modo reges atque exterarum nationum homines, sed etiam
imperatores vestros excutiant, non mihi videntur honoris causa excipere
Pompeium, sed metuere, ne ille eandem contumeliam quam ceteri ferre
30 non possit. Pompeius autem hoc animo est, ut, quicquid vobis placeat, **62**

§ 59 (ad eos referre) *cf. or. 1, 12. 13; or. 2, 60. 61. 72* || **§ 61** (praecipue) *et Rab. 4; Sull. 82; fam. 4, 14, 4*

1 manubiis *ex* manibus *corr.* **E** || 2 ⟨auro⟩ coronario *Lamb.* | ad *in* at *corr.* **V**^{c} | quoscumque *Naug.* quodcumque **ω π** quod ad quemque *Ri.* quos id cumque *RKl.* || 4 referri *Cl.* (*cf. 1, 12; 2, 28*) deferri *Lag. 9* | *fort.* ⟨constitutam⟩ de *Cl.* || 5 gesserunt ⟨comparatam⟩ *Ri.* | repetundis] residuis *Cl.* (*qui cf. Cluent. 94*) || 6 nunc ς *Laur.* nullum **ω π** nunc iam *Pluyg. 1858* Rulli *Ri.* || 8 nostris **V M ψ** || 8. 9 de provincia *om.* **n** χ^2 || 9 habent **α** || 10 hic **E ε** hinc *cett.* || 11 excipit **V**^{c}**k** *ed. Venet. et Rom. 1471* excidit **ω π** (*cf. § 21 fin.*) || 13 cognitio *om.* **E** || 14 non *om.* **E**^{1} *add.* **E**^{c} || 16 cui *ed. Rom. 1471* quod **ω π** (*ex* quoi *ortum?*) || 18 debeat] iubeat **E** iubeatur *Graev.* debeat? *Mue.* | tamen **χ** | hoc *bis* **ε** || 21 praedas ς || 24 praecipue **ω** (*cf. fam. 4, 14, 4*) praecipui *Or.* || 25 si turpe *om.* **α π** | si^2] est **α π** || 28 vestros **E π** nostros *cett.* || 29 iniuriam **E** || 30 aut **n** enim *Lamb.* | est *Gar.* sit **ω π** | ⟨cum⟩ hoc animo sit *Man.*

sibi ferendum putet, quod vos ferre non potueritis, id profecto perficiat, ne diutius inviti ferre cogamini. verum tamen cavet, ut, si qua pecunia post nos consules ex novis vectigalibus recipiatur, ea decemviri utantur. nova porro vectigalia videt ea fore, quae Pompeius adiunxerit. ita remissis manubiis vectigalibus eius virtute partis se frui putat oportere. 5

Parta sit pecunia, Quirites, decemviris tanta quanta sit in terris, nihil praetermissum sit, omnes urbes, agri, regna denique, postremo etiam vectigalia vestra venierint, accesserint in cumulum manubiae vestrorum imperatorum; quantae et quam immanes divitiae decemviris in tantis auctionibus, tot iudiciis, tam infinita potestate rerum omnium quaeran- 10 **24** **63** tur, videtis. cognoscite nunc alios immensos atque intolerabiles quaestus, ut intellegatis ad certorum hominum importunam avaritiam hoc populare legis agrariae nomen esse quaesitum. hac pecunia iubet agros emi, quo deducamini. non consuevi homines appellare asperius, Quirites, nisi lacessitus. vellem fieri posset, ut a me sine contumelia nominarentur ii, 15 qui se decemviros sperant futuros; iam videretis quibus hominibus omnium rerum et vendendarum et emendarum potestatem permitteretis. **64** sed quod ego nondum statuo mihi esse dicendum, vos tamen id potestis cum animis vestris cogitare. unum hoc certe videor mihi verissime posse dicere: tum, cum haberet haec res publica Luscinos, Calatinos, Acidinos, 20 homines non solum honoribus populi rebusque gestis verum etiam patientia paupertatis ornatos, et tum, cum erant Catones, Phili, Laelii, quorum sapientiam temperantiamque in publicis privatisque, forensibus domesticisque rebus perspexeratis, tamen huiusce modi res commissa nemini est, ut idem iudicaret et venderet et hoc faceret per quinquen- 25 nium toto in orbe terrarum idemque agros vectigalis populi Romani abalienaret et, cum summam tantae pecuniae nullo teste sibi ipse ex sua voluntate fecisset, tum denique emeret a quibus vellet, quod videretur. **65** committite vos nunc, Quirites, his hominibus haec omnia quos odorari hunc decemviratum suspicamini; reperietis partem esse eorum, quibus 30 ad habendum, partem quibus ad consumendum nihil satis esse videatur. **25** hic ego iam illud, quod expeditissimum est, ne disputo quidem, Quirites, non esse hanc nobis a maioribus relictam consuetudinem, ut emantur

§ 62 (post nos consules) *cf. or. 1, 13* | (accesserint in cumulum) *cf. Cluent. 71*

1 potueritis *Cast.* poteritis ω | perficiet *edd. post ed. Venet. 1471* || 6 sit²] est *Lamb.* || 7 sit *Laur.* sed ω || 12 ceterorum α π || 13. 14 quo deducamini *Naug.* quod (quo **V**) decumani **E**π**VM**ψ quod decumana **e**ε quo decumatu **n**χ² quo demnani *Lag. 9* quo deducat manus *coni. Fr.* || 14 Quirites] quare ε || 15 vellem *Ern.* velim ω | ii *om.* ε || 16 se *om.* **M** | videritis α videtis π || 17 permiseritis **E** permittitis **e**ε π || 22 Phili *Sigonius* philippi ω (*cf. eandem corruptelam Mur. 66*) || 23 in forensibus ς || 24 emissa **E** permissa *Laur.* || 27 summa **M** || 28 tum] cum **M** || 29 nunc vos **E** | adorari α π**V**ᶜ (*corr. ex* o-) || 30 suspicabamini χ² || 32 est *Wesenb.* sit ω || 33 vobis **n** | a maioribus *om.* **n**χ²

agri a privatis, quo plebes publice deducatur; omnibus legibus agris
publicis privatos esse deiectos. huiusce modi me aliquid ab hoc horrido ac
truce tribuno plebis exspectasse ⟨fateor⟩; hanc vero emendi et vendendi
quaestuosissimam ac turpissimam mercaturam alienam actione tribuni-
5 cia, alienam dignitate populi Romani semper putavi. libet agros emi. **66**
primum quaero, quos agros et quibus in locis? nolo suspensam et incer-
tam plebem Romanam obscura spe et caeca exspectatione pendere. Al-
banus ager est, Setinus, Privernas, Fundanus, Vescinus, Falernus, Liter-
ninus, Cumanus, †ancasianas.† audio. ab alia porta Capenas, Faliscus,
10 Sabinus ager, Reatinus, ⟨ab alia⟩ Venafranus, Allifanus, Trebulanus.
habes tantam pecuniam, qua hosce omnis agros et ceteros horum similis
non modo emere, verum etiam coacervare possis: cur eos non definis
neque nominas, ut saltem deliberare plebes Romana possit, quid intersit
sua, quid expediat, quantum tibi in emendis et in vendendis rebus com-
15 mittendum putet? 'definio' inquit 'Italiam'. satis certa regio! etenim
quantulum interest, utrum in Massici radices an in †Italiam† aliove de-
ducamini? age, non definis locum; quid? naturam agri? vero, inquit, 'QVI **67**
ARARI AVT COLI POSSIT'. 'qui possit arari' inquit 'aut coli', non qui aratus
aut cultus sit. utrum haec lex est an tabula Veratianae auctionis? in qua
20 scriptum fuisse aiunt: 'IVGERA CC IN QVIBVS OLIVETVM FIERI POTEST,
IVGERA CCC VBI INSTITVI VINEAE POSSVNT.' hoc tu emes ista innumerabili
pecunia, quod arari aut coli possit? quod solum tam exile et macrum est,
quod aratro perstringi non possit? aut quod est tam asperum saxetum, in
quo agricolarum cultus non elaboret? 'idcirco' inquit 'agros nominare non
25 possum, quia tangam nullum ab invito.' hoc, Quirites, multo est quae-
stuosius, quam si ab invito sumeret; inibitur enim ratio quaestus de
vestra pecunia et tum denique ager emetur, cum idem expediet emptori
et venditori.

1 publico **n** χ^2 | deducantur α π | ⟨ex⟩ agris *Lamb.* || 2 deiectos *Cl., Fr.* deductos ω (*cf. p. 34, 2*) || 3 ⟨fateor⟩ *hic Boul., ante* expectasse **V**[c] *in marg., Lag. 9* confiteor *post* expectasse *Ziel.* || 5 lubet π iubet α || 7 caeca ω certa *Lag. 9* || 8 serinus **M** | Vescinus *ed. Venet. 1471* festivus **E**e festinus π fescinus ε vestinus *cett.* | Literninus *Gebh.* liternius **E** licernus ε liternus *cett.* || 9 Casinas ς *edd. vett.* Casilinas *Camillus Peregrinus* ('*an post* Falernus *transponendum?*' *Cl.*) Acerranus *Zu.* Nucerinus *Cl.* || 10 iabinus **E** | ager *del. Lamb., Bai.* | ⟨ab alia⟩ *suppl. Kays.* (*cf. autem Zu. 107*) | Venafranus *Lag. 9* veneranus (-vus ε -mus **n**) ω || 13 plebes α π plebs *cett.* || 14 in² *om.* **VM**ψ || 15 satis **Eck** fatis *cett.* (fac ut **V** *in marg.*) || 16 italiam ω Silam silvam *Mue.* Italiam ⟨ultimam⟩ *Ri.* Apuliam *Sigonius alii aliter operam perdentes* | alio *Zu.* | ducamini *Lag. 9* || 17 diffinis **VM**ς *Lag. 9* (*cf. § 74*) | quid naturam agri **E**ε**ck** quid naturam? agri **V** quid natura. agri **M**ψ quidnam agri **n** χ^2 | 'vero' inquit *vulgo* || 18 possit² . . . coli *om.* **E** || 19 neratianae **k** (*cf. Flacc. 46*) nenatiane *Lag. 9* veraciane ε || 22 et] aut **VM**ς**ck** || 24 elaboretur **n** || 25 hoc, Quirites *RKl.* hocque α hoc quoque *cett.* | quaestuosus **M** || 26 inibitur *marg. Ascens.* inhibetur α *Lagg. 8, 13* inietur *cett.* invenietur *Lamb.* || 27 nostra *Lag. 9, Zu.* | expediet α**k** *Lag. 9* expediret *cett.*

26
68 Sed videte vim legis agrariae. ne ei quidem, qui agros publicos possi-
dent, decedent de possessione, nisi erunt deducti optima condicione et
pecunia maxima. conversa ratio. antea, cum erat a tribuno plebis mentio
legis agrariae facta, continuo, qui agros publicos aut qui possessiones
invidiosas tenebant, extimescebant; haec lex eos homines fortunis locu- 5
pletat, invidia liberat. quam multos enim, Quirites, existimatis esse, qui
latitudinem possessionum tueri, qui invidiam Sullanorum agrorum ferre
non possint, qui vendere cupiant, emptorem non reperiant, perdere iam
denique illos agros ratione aliqua velint? qui paulo ante diem noctemque
tribunicium nomen horrebant, vestram vim metuebant, mentionem legis 10
agrariae pertimescebant, ei nunc etiam ultro rogabuntur atque orabun-
tur, ut agros partim publicos, partim plenos invidiae, plenos periculi
quanti ipsi velint decemviris tradant. atque hoc carmen hic tribunus
69 plebis non vobis, sed sibi intus canit. habet socerum, virum optimum, qui
tantum agri in illis rei publicae tenebris occupavit quantum concupivit. 15
huic subvenire vult succumbenti iam et oppresso, Sullanis oneribus gravi,
sua lege, ut liceat illi invidiam deponere, pecuniam condere. et vos non
dubitatis, quin vectigalia vestra vendatis plurimo maiorum vestrorum
sanguine et sudore quaesita, ut Sullanos possessores divitiis augeatis,
70 periculo liberetis? nam ad hanc emptionem decemviralem duo genera 20
agrorum spectant, Quirites. eorum unum propter invidiam domini
fugiunt, alterum propter vastitatem. Sullanus ager a certis hominibus
latissime continuatus tantam habet invidiam, ut veri ac fortis tribuni
plebis stridorem unum perferre non possit. hic ager omnis quoquo pretio
coemptus erit, tamen ingenti pecunia nobis inducetur. alterum genus 25
agrorum propter sterilitatem incultum, propter pestilentiam vastum
atque desertum emetur ab iis, qui eos vident sibi esse, si non vendiderint,
relinquendos. et nimirum illud est, quod ab hoc tribuno plebis dictum est
in senatu, urbanam plebem nimium in re publica posse; exhauriendam
esse — hoc enim est usus, quasi de aliqua sentina ac non de optimorum 30
27 civium genere loqueretur. vos vero, Quirites, si me audire vultis, retinete
71

§ 68 *cf. et § 70; or. 3, 12* || **§ 69** (habet socerum) *cf. or. 1, 14; 3, 3. 14* || **§ 70** (sentina) *cf. Cat. 2, 7; Att. 1, 19, 4; Sall. Cat. 37, 5*

3 ratio ⟨est⟩ *Ri.* | ante *ε* || 4 qui[2] *om. Lag. 9, del. Kays.* || 5 extimescebant *RKl.* expertimescebant *ω* per- *Lag. 9* || 9 dies noctesque *Lamb.* diu noctuque *Lag. 9* || 11 ei **V^cM***ψ* et *απ***V^1n***χ^2* || 13 tradant? *Mue.* || 16 hic **n***χ^2* | et oppresso **V^c** *χ^2***c** *Lag. 9* expresso *α***$V^1$$M^1$n** ex oppresso **$M^c$***ψ$\chi^1$* oppresso **k** et presso *Ha.* || 16. 17 gravi, sua] gratissuma *Ha.* grata sua *Gebh.* || 17 non *om. ε, del. Kays.* || 18 qui *ε* || 18–19 plurimo . . . quaesita *del. Kays.* | vestrum *α* || 24 unum] ac vim *Pluyg. 1858* | possit *Naug.* posset *ω* || 25 emptus **E** *Lag. 9* | vobis *ed. Venet. 1471* || 27 his **en***χ* | qui vident eos sibi eos **E** | vendiderunt **n***χ^2* || 28 illud *Mue.* idem *ω* id *Lagg. 1, 7* idem ⟨illud⟩ *Cast. qui cf. Cluent. 136* || 30 hoc enim ⟨verbo⟩ *Herv.* | ac] et *ε* || 31 retinere **E**

istam possessionem gratiae, libertatis, suffragiorum, dignitatis, urbis,
fori, ludorum, festorum dierum, ceterorum omnium commodorum, nisi
forte mavultis relictis his rebus atque hac luce rei publicae in Sipontina
siccitate aut in Salpinorum pestilentiae finibus Rullo duce collocari. aut
5 dicat quos agros empturus sit; ostendat et quid et quibus daturus sit.
ut vero, cum omnes urbes, agros, vectigalia, regna vendiderit, tum hare-
nam aliquam aut paludes emat, id vos potestis, quaeso, concedere?
quamquam illud est egregium, quod hac lege ante omnia veneunt, ante
pecuniae coguntur et coacervantur, quam gleba una ematur. deinde emi
10 iubet, ab invito vetat. quaero, si, qui velint vendere, non fuerint, quid 72
pecuniae fiet? {et} referre in aerarium lex vetat, exigi prohibet. igitur
pecuniam omnem decemviri tenebunt, vobis ager non emetur. vectigali-
bus abalienatis, sociis vexatis, regibus atque omnibus gentibus exinanitis
illi pecunias habebunt, vos agros non habebitis. 'facile' inquit 'adducun-
15 tur pecuniae magnitudine, ut velint vendere.' ergo ea lex est, qua nostra
vendamus, quanti possimus, aliena emamus, quanti possessores velint.
Atque in hos agros, qui hac lege empti sint, colonias ab his decemviris 73
deduci iubet. quid? omnisne locus eius modi est, ut nihil intersit rei
publicae, colonia deducatur in eum locum necne, an est locus, qui colo-
20 niam postulet, est ⟨qui⟩ plane recuset? quo in genere sicut in ceteris rei
publicae partibus est operae pretium diligentiam maiorum recordari, qui
colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt, ut
esse non oppida Italiae sed propugnacula imperii viderentur. hi dedu-
cent colonias in eos agros, quos emerint. etiamne, si rei publicae non
25 expediat? 'ET IN QVAE LOCA PRAETEREA VIDEBITVR.' quid igitur est 74
causae, quin coloniam in Ianiculum possint deducere et suum praesidium
in capite atque cervicibus nostris collocare? tu non definias, quo colonias,

§ 71 (aut dicat) *cf. § 66* || **§ 72** *cf. or. 1, 15* || **§ 73 – 75** *cf. or. 1, 16 sq.* || **§ 73** (diligentiam maiorum) *cf. Verr. 4, 9*

2 dierum *om.* **n** χ^2 || 3 hiis relictis ε | atque] ab ς | rei publicae] p. r. **n** χ^2 | sepontina α **n** || 4 salpinorum ω Salapinorum **V**^{c} *Ang.* | pestilentiae finibus ω (**V** *in marg. manu 1:* In sipontino agro siccitas, *manu 2:* Salapia pestilens) pestilentia finium *Syd.* pestilentia [finibus] *Boul.* ⟨plenis⟩ pestilentiae finibus *Cl.* pestilentia a finitoribus *Schw.* | Rullo] nullo **V**^{1}**M** *Lag. 9* | aut *Turn.* atsi **e** ε at *cett.* || 8 iam quam *Madv. adv. cr. 3, 129* || 11 pecunia *cod. Graev., Naug.* pecunio π | quid fiet pecunie **V** *in marg.* | fiet [et] *Ang.* fiet? etenim *Laur.* | vetat ⟨et⟩ *Zu.* || 13 omnibus *om.* **E** || 14 adducentur **k** *vulgo* || 16 possumus **VM** ψ **ck** || 17 sunt **En** χ^2 | his **e** ε **n** χ iis *cett.* || 18 nihil ut **V** || 20 est ⟨qui⟩ plane recuset *Laur.* (plane ⟨qui⟩ *Zu.*) est plane rectius et (*om.* **k**) ω vel plane recuset *Pant.* aut qui plane recuset *RKl.* || 21 opere ς *Lag. 9* ope **V**^{1} (opere **V**^{c} *marg.*) | 22 si α | idoneis in locis *del. Kays.* || 23 imperii viderentur **e** ε **k** viderentur imperii **E** imperii esse viderentur *cett.* || 25 *post* expediat *lac. indic. Uss.* || 26 et *om.* ε || 27 vestris **n** | collocare α posse collocare **n** possint collocare *cett.* | tum **M** | diffinias **VM** ψ | quo] quot *Laur.* (*cf. 1, 16*)

in quae loca, quo numero colonorum deduci velis, tu occupes locum, quem idoneum ad vim tuam iudicaris, compleas numero, confirmes praesidio, quo velis, populi Romani vectigalibus atque omnibus copiis ipsum populum Romanum coerceas, opprimas, redigas in istam decem- 28 75 viralem dicionem ac potestatem? ut vero totam Italiam suis praesidiis 5 obsidere atque occupare cogitet, quaeso, Quirites, cognoscite. permittit decemviris, ut in omnia municipia, in omnis colonias totius Italiae colonos deducant, quos velint, iisque colonis agros dari iubet. num obscure maiores opes, quam libertas vestra pati potest, et maiora praesidia quaeruntur, num obscure regnum constituitur, num obscure 10 libertas vestra tollitur? nam cum idem omnem pecuniam, maximam multitudinem ⟨***⟩, idem totam Italiam suis opibus obsidebunt, idem vestram libertatem suis praesidiis et coloniis interclusam tenebunt, quae spes tandem, quae facultas recuperandae vestrae libertatis relinquetur?

76 At enim ager Campanus hac lege dividetur, orbi terrae pulcherrimus, 15 et Capuam colonia deducetur, urbem amplissimam atque ornatissimam. atqui quid ad haec possumus dicere? de commodo prius vestro dicam, Quirites; deinde ad amplitudinem et dignitatem ⟨rei⟩ revertar, ut, si quis agri aut oppidi bonitate delectetur, ne quid exspectet, si quem rei indignitas commovet, ut huic simulatae largitioni resistat. ac primum de 20 oppido dicam, si quis est forte, quem Capua magis quam Roma delectet. quinque milia colonorum Capuam scribi iubet; ad hunc numerum quinge- 77 nos sibi singuli sumunt. quaeso, nolite vosmet ipsos consolari; vere et diligenter considerate. num vobis aut vestri similibus, integris, quietis, otiosis hominibus in hoc numero locum fore putatis? si est omnibus vobis 25 maiori⟨ve⟩ vestrum parti, ⟨quam⟩quam me vester honos vigilare dies atque noctes et intentis oculis omnis rei publicae partis intueri iubet,

§ 76 – 78 *cf. or. 1, 18*

4 reducas **n** χ^2 ‖ 6 obsidere cogitet atque occupare cognoscite quaeso quirites. cognoscite permitti **E** | cogitet **E n** ς cogitent **e** π **V M** ψ cogent ε | permitti α ‖ 8 colonis **E n** coloniis *cett.* | agrum *Bai.* ‖ 9 et α **n** χ^2 ac **V M** ψ ‖ 10 quaerunt **E** | constituit ε ‖ 11 nostra ς | idem *om.* **E** ‖ 12 *post* multitudinem *maiorem lacunam esse puto* multitudinem ⟨obtinebunt⟩ *Laur., edd.* (*non bene, cf. Boul. ad l.*) ⟨omnia oppida⟩ maxima multitudine *Zu.* ⟨habebunt, iidem omnia oppida colonorum⟩ maxima multitudine *Ri.* | idem[1] **e** ε π id est *cett.* iidem *Lamb. et alii* ‖ 13 vestram libertatem *del. Kays.* | colonis **E e** | interclusa **E** ‖ 14 nostrae **n** ς ‖ 15 orbe α π **n** χ^2 orbis **k** (*cf. Verr. 4, 82; dom. 24*) ‖ 17 atque **V M** ψ at *Lag. 9 del. Ern.* Italiae. *coni. Mue.* antiquitus *Fr.* | vestro prius **E n** χ^2 prius nostro ς ‖ 18 *add. Kays.* ‖ 19 delectentur **E** delectatur *Lamb., vulgo* | expectet **V** expectat χ^2 expetat **n** | rei ⟨publicae⟩ *Or.* ‖ 20 indignitas **V M** ψ dignitas α **n** χ^2 | *an* postremum*?* ‖ 21 delectet **E k** delectat *cett.* ‖ 22 quingenos *Laur.* quinquagenos ω π ‖ 23 sument (summ-) **n** ‖ 24 aut vestri **k** *Ang.* a vestris **E** aut vestris *cett.* ‖ 25 hominibus *Ang.* omnibus ω | ut in **n** χ^2 ‖ 26 maiori⟨ve⟩ *Ri.* si maiori *Zu.* | quamquam *Ang.* quam ω | vigilare *ex* iugulare **M** ‖ 27 intuitis **n** χ^2

tamen paulisper, si ita commodum vestrum fert, conivebo. sed si quinque
hominum milibus ad vim, facinus caedemque delectis locus atque urbs,
quae bellum facere atque instruere possit, quaeritur, tamenne patiemini
vestro nomine contra vos firmari opes, armari praesidia, urbes, agros,
5 copias comparari? nam agrum quidem Campanum, quem vobis osten- **78**
tant, ipsi concupiverunt. deducent suos, quorum nomine ipsi teneant et
fruantur; coement praeterea; ista dena iugera continuabunt. nam si
dicent per legem id non licere, ne per Corneliam quidem licet; at vide-
mus, ut longiqua mittamus, agrum Praenestinum a paucis possideri.
10 neque istorum pecuniis quicquam aliud deesse video, nisi eius modi
fundos, quorum subsidio familiarum magnitudines et Cumanorum ac
Puteolanorum praediorum sumptus sustentare possint. quodsi vestrum
commodum spectat, veniat et coram mecum de agri Campani divisione
disputet.

15 Quaesivi ex eo Kalendis Ianuariis, quibus hominibus et quem ad **29** **79**
modum illum agrum esset distributurus. respondit a Romilia tribu se
initium esse facturum. primum, quae est ista superbia et contumelia,
ut populi pars amputetur, ordo tribuum neglegatur, ante rusticis detur
ager, qui habent, quam urbanis, quibus ista agri spes et iucunditas
20 ostenditur? aut, si hoc ab se dictum negat, ut satisfacere omnibus vobis
cogitet, proferat, {in}iugera dena discribat, a Suburana usque ad Ar-
niensem nomina vestra proponat. si non modo dena iugera dari vobis,
sed ne constipari quidem tantum numerum hominum posse in agrum
Campanum intellegetis, tamenne vexari rem publicam, contemni
25 maiestatem populi Romani, deludi vosmet ipsos diutius a tribuno plebis
patiemini? quodsi posset ager iste ad vos pervenire, nonne eum tamen in **80**
patrimonio vestro remanere malletis? unumne fundum pulcherrimum
populi Romani, caput vestrae pecuniae, pacis ornamentum, subsidium
belli, fundamentum vectigalium, horreum legionum, solacium annonae
30 disperire patiemini? an obliti estis Italico bello amissis ceteris vectigalibus
quantos agri Campani fructibus exercitus alueritis? an ignoratis cetera

§ 78 (coram mecum ... disputet) *v. et or. 3, 1. 16* || **§ 79** *Romilia tribus erat prima tribuum rusticarum, cf. Varr. l. l. 5, 9* | (ne constipari quidem) *cf. Att. 2, 16, 1* || **§ 80–83** *cf. or. 1, 21*

1 feret *ed. Venet. 1471* erit *Kays.* | conivebo *Ang.* commovebo *α π* **M**[1] commonebo **VM**[c] *cett.* || 2 delectus **n** χ^2 || 3 patiamini **e** *ε* χ^1 patienti **E** || 4 armari] firmari *Lag. 9* || 7 coement *Man.* coemant *ω π* coement ⟨alios⟩ *Lamb.* || 8 quidem id *ε* | licuit *malim* | ac *α π* **M** || 9 prenestrinum **M** || 12 praesidiorum **n** || 13 spectat *α* ex(s)pectat *cett.* | divisione *om. ς* || 16 romulia *Lag. 9* || 17 contumacia *Mue.* || 19 habent] emitur **E** || 20–21 ut ... cogitet *Ri.* et ... cogitat *ω* || 21 *delevi* in ⟨singulos⟩ *Lamb.* in ⟨quos⟩ *Koch* | discribat *Kays.* de- *ω* | a Suburana *Laur.* ab usura nam (non *Lag. 9*) *ω π* | aniensem *Lag. 9* armensem *ς* || 26–30 quodsi ... patiemini *om. Lag. 9 Zu.*

illa magnifica populi Romani vectigalia perlevi saepe momento fortunae,
inclinatione temporis pendere? quid nos Asiae portus, quid scriptura,
quid omnia transmarina vectigalia iuvabunt tenuissima suspicione
81 praedonum aut hostium iniecta? at vero hoc agri Campani vectigal cum
eius modi sit, ut cum domi sit et omnibus praesidiis oppidorum tegatur, 5
tum neque bellis infestum nec fructibus varium nec caelo ac loco calamitosum esse soleat, maiores nostri non solum id, quod ⟨de⟩ Campanis
ceperant, non imminuerunt, verum etiam quod ei tenebant, quibus
adimi iure non poterat, coemerunt. qua de causa nec duo Gracchi, qui de
plebis Romanae commodis plurimum cogitaverunt, nec L. Sulla, qui 10
omnia sine ulla religione quibus voluit est dilargitus, agrum Campanum
attingere ausus est; Rullus exstitit, qui ex ea possessione rem publicam
demoveret, ex qua nec Gracchorum benignitas eam nec Sullae dominatio
30 deiecisset. quem agrum nunc praetereuntes vestrum esse dicitis et quem
pariter {qui faciunt} externi homines vestrum esse audiunt, is, cum erit 15
divisus, ⟨neque erit vester⟩ neque vester esse dicetur. at qui homines
82 possidebunt? primo quidem acres, ad vim prompti, ad seditionem parati,
qui, simul ac decemviri concrepuerint, armati in cives et expediti ad
caedem esse possint; deinde ad paucos opibus et copiis adfluentes totum
agrum Campanum perferri videbitis. vobis interea, qui illas a maioribus 20
pulcherrimas vectigalium sedis armis captas accepistis, gleba nulla de
paternis atque avitis possessionibus relinquetur. at quantum intererit
inter vestram et privatorum diligentiam! quid? cum a maioribus nostris
P. Lentulus, qui princeps senatus ⟨fuit⟩, in ea loca missus esset, ut
privatos agros, qui in publicum Campanum incurrebant, pecunia publica 25

§ 82 P. Cornelius Lentulus, *cos. 162, mort. post a. 121*

2 vos **VM**ψ | scriptura *Gebh.* syriae rura α syriae tura **k** syriae cura *cett.* Syriae ora *Cl.* Syriae litora *Fr.* || 3 iuvabant *Ri.* | suspensione **E** || 4 invecta **n**χ^2 || 4.5 vectigal, Quirites, eius modi est *Cl.* || 5 sit[1]] est *Ber.* | cum ωπ tutum *Mue.* *del. Ber.* (ut cum *om. Lag. 9*) || 6 nec[1]] neque *Lag. 9* | ac] nec *Lamb.* aut *Uss.* || 7 soleat *Zu.* solet ω | *add. Laur.* | Campaniae *Zu.* || 8 ceperant] ademerant *Bai.* | etiam id quod **ck** | ei *Laur.* et ω || 9 duo] vero **E** || 11 regione ς || 12 *an* ausi sunt*?* || 14.15 *seclusi* quem per iter qui faciunt **E** quem pariter qui faciunt (qui *om. Lag. 9*) *cett.* (*in* **V** per iter *subscriptum*) quem ... faciunt *del. Uss.* quem ea iter qui faciunt *Mue.* qui ea iter faciunt *Kays.* per eum iter qui faciunt *Schue.* et qui in urbem iter faciunt *Zu.* || 15 externi homines *del. Kays.* || 16 neque erit *suppl. Herv.*, vester *add. Cl.* | vester esse *ed. Lamb.* vester *Lag. 9* vestrum ω | numquam vester dicetur *Zu.* || 17 primum **E** || 18 increpuerint **VM**ψ**ck** || 19 caedem] urbem *Lag. 9* || 20 perferri **EV**^{c} *Lag. 9* perreferri ε preferri **V**^{1} *cett.* deferri *Ern.* || 21 partas *Lamb.* || 22 possessionibus avitis **E** | avitis ⟨his⟩ *Kays.* | quantum *Ha.* tantum ω || 23 diligentiam? *Boul.* | quid *Ri.* quod (qd **V**) ω Quirites *Bai.* [quod] *Madv.* | vestris **n** || 24 qui princeps senatus **e**ε qui princeps senator **E** princeps senatus **V**^{c}**M**^{2}**k**ς princeps senator π**V**^{1}**M**^{1} *cett.* | ⟨fuit⟩ *Laur.* *qui et* ⟨is⟩ qui *ex div. in Caec. 69* | ut α**k** ut et *cett.* uti *Zu.* ut etiam *coni. Cl.*

coemeret, dicitur renuntiasse nulla se pecunia fundum cuiusdam emere
potuisse, eumque qui nollet vendere ideo negasse se adduci posse, uti
venderet, quod cum pluris fundos haberet, ex illo solo fundo numquam
malum nuntium audisset. itane vero? privatum haec causa commovit: **83**
5 populum Romanum, neagrum Campanum privatis gratis Rullo rogante
tradat, non commovebit? at idem populus Romanus de hoc vectigali
potest dicere, quod ille de suo fundo dixisse dicitur. Asia multos annos
vobis fructum Mithridatico bello non tulit, Hispaniarum vectigal tem-
poribus Sertorianis nullum fuit, Siciliae civitatibus bello fugitivorum M'.
10 Aquilius etiam mutuum frumentum dedit; at ex hoc vectigali numquam
malus nuntius auditus est. cetera vectigalia belli difficultatibus ad-
fliguntur; hoc vectigali etiam belli difficultates sustentantur. deinde in **84**
hac adsignatione agrorum ne illud quidem dici potest, quod in ceteris,
agros desertos a plebe atque a cultura hominum liberorum esse non
15 oportere. sic enim dico: si Campanus ager dividatur, exturbari et expelli **31**
plebem ex agris, non constitui et collocari. totus enim ager Campanus
colitur et possidetur a plebe, et a plebe optima et modestissima; quod
genus hominum optime moratum, optimorum et aratorum et militum,
ab hoc plebicola tribuno plebis funditus eicitur. atque illi miseri, nati in
20 illis agris et educati, glebis subigendis exercitati, quo se subito conferant
non habebunt; his robustis et valentibus et audacibus decemvirum
satellitibus agri Campani possessio tota tradetur, et ut vos nunc de
vestris maioribus praedicatis: 'hunc agrum nobis maiores nostri reli-
querunt', sic vestri posteri de vobis praedicabunt: 'hunc agrum patres
25 nostri acceptum a patribus suis perdiderunt'. equidem existimo: si iam **85**
campus Martius dividatur et uni cuique vestrum ubi consistat bini pedes
adsignentur, tamen promiscue toto quam proprie parva frui parte malitis.
quare etiamsi ad vos esset singulos aliquid ex hoc agro perventurum qui
vobis ostenditur, aliis comparatur, tamen honestius eum vos universi

§ 83 M'. Aquillius *bello servili a. 101–99*

1 coemerit α n χ^2 | fundum **E** *in marg.* || 2 abduci **E** || 4 privatim α π priva-turum **n** | commovit *Naug.* commovet (*ante* causa **E**) ω | *post* commovit *lac. statuit Pluyg. 1858* || 5 in populum **n** χ^2 || 6 commovebit $\mathbf{V}^c\mathbf{M}^c$ ψ **c k** commoverit *cett.* | at idem $\mathbf{V}^c$ *in marg., Lag. 9* ς, *Mom.* at fidem α $\mathbf{M}^c$ ψ **n** ad fidem $\mathbf{V}^1\mathbf{M}^1$ at qui-dem **k** atqui idem *Laur.* || 8 nobis *RKl.* || 9, 10 M'. Aquilius *Laur.* m. atilius ω π || 10 at] et **n** χ^2 || 11 difficultatibus α π facultatibus *cett.* || 12 etiam *bis* **V** | difficulta-tes α π facultates *cett.* || 12, 13 in hac] de illa **n** χ^2 || 14–15 agros . . . dividatur *om.* **M** || 14 liberos **E** *om.* ε || 15 et *om.* **VM** ψ || 17 a^1 *om.* α π || 19 plebicola **n** χ^2 plebecola **VM** ψ plebecula α | tribuno *del. Man.* | eiicitur **V** || 19, 20 in illis] nullis $\mathbf{V}^1$ (*corr. in marg.*) $\mathbf{M}^1$ **n** χ^2 || 21 robustissimis **E** | et audacibus *om.* **n** χ^2 || 22 tradetur **k** *Naug.* tradatur ω || 23 vestris *om.* **E** | vobis **n** χ^2 || 25 equidem α *Lag. 9* et quidem *cett.* || 27 promiscua π | malitis **E** maletis **VM** ψ malletis χ^2 **c** malueritis ε malueris **e** || 29 eum] cum α | universi si **E**

quam singuli possideretis. nunc vero cum ad vos nihil pertineat, sed paretur aliis, eripiatur vobis, nonne acerrime, tamquam armato hosti, sic huic legi pro vestris agris resistetis?

Adiungit Stellatem campum agro Campano et in eo duodena discribit in singulos homines iugera. quasi vero paulum differat ager Campanus a 5
86 Stellati! sed multitudo, Quirites, quaeritur, qua omnia oppida compleantur. nam dixi antea lege permitti, ut, quae velint municipia, quas velint veteres colonias, colonis suis occupent. Calenum municipium complebunt, Teanum oppriment, Atellam, Cumas, Neapolim, Pompeios, Nuceriam suis praesidiis devincient, Puteolos vero, qui nunc in sua 10 potestate sunt, suo iure libertateque utuntur, totos novo populo atque
32 adventiciis copiis occupabunt. tunc illud vexillum Campanae coloniae, vehementer huic imperio timendum, Capuam a decemviris inferetur, tunc contra hanc Romam, communem patriam omnium nostrum, illa
87 altera Roma quaeretur. in id oppidum homines nefarii rem publicam 15 vestram transferre conantur, quo in oppido maiores nostri nullam omnino rem publicam esse voluerunt, qui tres solum urbes in terris omnibus, Carthaginem, Corinthum, Capuam, statuerunt posse imperii gravitatem ac nomen sustinere. deleta Carthago est, quod cum hominum copiis tum ipsa natura ac loco, succincta portibus, armata muris, excurrere ex 20 Africa, imminere iam fructuosissimis insulis populi Romani videbatur. Corinthi vestigium vix relictum est. erat enim posita in angustiis atque in faucibus Graeciae sic, ut terra claustra locorum teneret et duo maria maxime navigationi diversa paene coniungeret, cum pertenui discrimine separentur. haec, quae procul erant a conspectu imperii, non solum 25 adflixerunt, sed etiam, ne quando recreata exsurgere atque erigere se
88 possent, funditus, ut dixi, sustulerunt. de Capua multum est et diu consultum; exstant litterae, Quirites, publicae, sunt senatus consulta complura. statuerunt homines sapientes, si agrum Campanis ademissent, magistratus, senatum, publicum ex illa urbe consilium sustulissent, 30

§ 86 *cf. or. 1,20; v. et fr. 2 ad or. 1* | (dixi antea) *§ 75* || **§ 87** *sqq. cf. or. 1,19* || **§ 88** (de Capua multum est . . . consultum) *or. 1, 19; Liv. 26, 16*

1 pertineat ω (pertineat nihil *Lag. 9*) perveniat *Lamb.* || 4 discribit *Kays.* describit ω || 5 paululum **E** || 5.6 a Stellati; sed *Turn.* ac stellatis (-us **n** χ^2) et ω a Stellati; scilicet *Laur.* || 8 coloniis **M** || 9 neapolin **E** || 10 devincient **k**, *Aqu. Rom.*, *Mart. Cap.* (*v. or. 1 fr. 2*) devincent ω || 11 libertate aequa *Mom.* | atque *om.* **E** || 12 adventitiis **V** | vexillum *Laur.* exilium (*post* campane ε) ω *praeter* **E** (auxilium) | campaniae **VM** ψ || 13 Capuam *Man.* capuae *Lag. 9* capua ω || 14 vestrum α | illi **E** || 15 nefarii *Lag. 9, Naug.* nefarie ω π || 16 nostram **n c** | vestri **n** || 19 est *om.* **n** χ || 19–20 cum . . . tum *om.* **M** || 21 iam *RKl.* (*an* etiam*?*) ita ω (*cf. § 40*) Italiae ac *Laur.* in *Zu.* duabus *Gebh.* ita *cum cruce Freese* *del. Bai.* | fructuosissimas insulas ς *Zu.* || 24 maximae **E** -a ε || 25 separarentur *Lagg. 1, 7, Naug.* | imperii *om.* **M** || 26 exurgere **V** | erigere **k** *ed. Rom. 1471* eripere ω || 28 consultatum *Lamb.* || 30 senatum *del. Bai* | concilium *Ri.*

imaginem rei publicae nullam reliquissent, nihil fore, quod Capuam
timeremus. itaque hoc perscriptum in monumentis veteribus reperietis, ut
esset urbs, quae res eas, quibus ager Campanus coleretur, suppeditare
posset, ut esset locus comportandis condendisque fructibus, ut aratores
5 cultu agrorum defessi urbis domiciliis uterentur, idcirco illa aedificia
non esse deleta. videte quantum intervallum sit interiectum inter maio- **33**
rum nostrorum consilia et inter istorum hominum dementiam. illi **89**
Capuam receptaculum aratorum, nundinas rusticorum, cellam atque
horreum Campani agri esse voluerunt, hi expulsis aratoribus, effusis ac
10 dissipatis fructibus vestris eandem Capuam sedem novae rei publicae
constituunt, molem contra veterem rem publicam comparant. quodsi
maiores nostri existimassent quemquam in tam illustri imperio et tam
praeclara populi Romani disciplina ⟨M.⟩ Bruti aut P. Rulli similem
futurum (hos enim nos duos adhuc vidimus, qui hanc rem publicam
15 Capuam totam transferre vellent), profecto nomen illius urbis non
reliquissent. verum arbitrabantur Corinthi et Carthagini, etiamsi **90**
senatum et magistratus sustulissent agrumque civibus ademissent, tamen
non defore, qui illa restituerent atque qui ante omnia commutarent,
quam nos audire possemus; hic vero, in oculis senatus populique Romani,
20 nihil posse existere, quod non ante extingui atque opprimi posset, quam
plane exortum ac natum esset. neque vero ea res fefellit homines divina
mente et consilio praeditos. nam post Q. Fulvium Q. Fabium consules,
quibus consulibus Capua devicta atque capta est, nihil est in illa urbe
contra hanc rem publicam non dico factum, sed nihil omnino est cogita-
25 tum. multa postea bella gesta cum regibus, Philippo, Antiocho, Persa,
Pseudophilippo, Aristonico, Mithridate et ceteris, multa praeterea bella
gravia, Carthaginiense, Corinthium, Numantinum; multae in hac re
publica seditiones domesticae, quas praetermitto, bella cum sociis,
Fregellanum, Marsicum; quibus omnibus domesticis externisque bellis
30 Capua non modo non obfuit, sed opportunissimam se nobis praebuit et

§ 89 *de M. Bruto, pr. a. 88, tr. pl. a. 83 v. Cic. Quinct. 65; Plut. Sull. 9; App. b. c. 1, 88* || **§ 90** (Carthagini) Ciceronis autem 'Carthagine' *Charis. GL I 188*

4 comportandis **α** comparandis *cett.* || 6 maiores **M** || 9 his **eVMψn**χ^2 || 10 sedem *om.* **M** || 12 nostri *om.* **n**^{2}**χ** | existimavissent **VMψ** || 13 populi Romani] rei publicae *Lag. 9* | ⟨M.⟩ *Laur.* | P. *del. Lamb.* || 14 vidimus *Laur.* videmus **ω** | hanc *om.* **E** || 15 totam capuam *Lag. 9* || 17 magistratus *Graev.* -um **ω** || 18 qui^2 *del. Lamb.* | omnia ante **E** *Lag. 9* | mutarent **M**^{1} communitarent **α** || 21 exortum ac natum esset **ck** *Ang.* exortum ac natum **ω** esset ortum ac natum *Mue.* exortum esset ac natum *Cl.* || 22 Cn. Fulvium P. Sulpicium consules *Lamb. errorem Ciceronis corrigens* (*cf. Liv. 26, 1, 1*) || 23 illa] ea **n**χ^2 || 24 nihil *del. Naug.* | est cogitatum **α** excogitatum *cett.* est *del. Laur.* || 25 gesta *om. Lag. 9* | perse *Lag. 9* || 27 Carthaginiense *Lamb.* carthaginense **V**^{c} *Lag. 9* carthaginiensium (kar- **α**) **ω** || 27.28 hac p. r. **eε** hoc p. r. **E** || 29 fragellanum **V** | domesticis italicis externisque **επ** || 30 oportun- **Eες** | vobis **n**

ad bellum instruendum et ad exercitus ornandos et tectis ac sedibus suis
91 recipiendos. homines non inerant in urbe qui malis contionibus, turbulentis senatus consultis, iniquis imperiis rem publicam miscerent et rerum novarum causam aliquam quaererent. neque enim contionandi potestas erat cuiquam nec consilii capiundi publici; non gloriae cupidi- 5 tate efferebantur, propterea quod, ubi honos publice non est, ibi gloriae cupiditas esse non potest; non contentione, non ambitione discordes: nihil enim supererat, de quo certarent, nihil quod contra peterent, nihil ubi dissiderent. itaque illam Campanam arrogantiam atque intolerandam ferociam ratione et consilio maiores nostri ad iner- 10 tissimum ac desidiosissimum otium perduxerunt. sic et crudelitatis infamiam effugerunt, quod urbem ex Italia pulcherrimam non sustulerunt, et multum in posterum providerunt, quod nervis omnibus ⟨ex⟩ urbe eiectis urbem ipsam solutam ac debilitatam reliquerunt.

34
92 Haec consilia maiorum M. Bruto, ut antea dixi, reprehendenda 15 {et P. Rullo} visa sunt neque te, P. Rulle, omina illa M. Bruti atque auspicia a simili furore deterrent. nam et ipse qui deduxit et qui magistratum Capuae illo creante ceperunt et qui aliquam partem illius deductionis, honoris, muneris attigerunt, omnes acerbissimas impiorum poenas pertulerunt. et quoniam ⟨M.⟩ Bruti atque illius temporis feci 20 mentionem, commemorabo id, quod egomet vidi, cum venissem Capuam colonia modo deducta L. Considio Sex. Saltio, quem ad modum ipsi loquebantur, 'praetoribus', ut intellegatis, quantam locus ipse adferat superbiam, quae paucis diebus quibus illo colonia deducta est perspici
93 atque intellegi potuit. nam primum, id quod dixi, cum ceteris in coloniis 25 duumviri appellentur, hi se praetores appellari volebant. quibus primus

§ 91 (nervis eiectis) *cf. dom. 137* eiecto senato*; Liv. 7, 39, 6* || **§ 92** *de poena M. Bruti v. Liv. Per. 89; Appian. b. c. 1, 95*

1 gerendum *Lag. 9* | ercitus **E** | armandos *Lag. 9* | ac] a **E** || 2 malis] bonis ε vanis *vel* seditiosis *voluit Mue.* | contionibus **k** *Naug.* conditionibus ω || 4 aliquam *om.* **E** || 5 capiendi *edd.* || 6 publicus *Pluyg. 1858* || 7–8 non contentione . . . discordes *om. Lag. 9, Zu.* || 9 arrogantem α || 10 vestri **n** | 11 ac] et **n** χ^2 | desiodisossimum **V** || 13 omnibus ⟨ex⟩ urbe *scripsi* omnibus urbe **E** urbis omnibus *cett.* omnibus *Madv.* || 14 eiectis ω π exectis ς *Ber.* (exsectis *edd.*) electis *Madv. adv. cr. 2, 205* (*cf. Liv. 7, 39, 6*) || 16 et] ut *Ri.* | et P. Rullo *om. Lag. 9, del. Bai.* et P. Rullo ⟨tollenda⟩ *coni. Fr.* | sunt; neque *edd.* | omina *Lag. 9* ψ omnia α**VMn** *alii* | m. bruti *post* auspicia *Lag. 9* | *post* Bruti *lacunam unius versus habent* **n** || 18 Capuae illo creante *Turn.* capua et locreanti (-e ς) **e**ε**VM**ψ**n** capuae et locreariti π capua locare ante **E** Capuae ea lege creati *Man.* || 19 deductionis *Naug.* deditionis ω deditioni π | muneris] memoriae χ^1 || 20 ⟨M.⟩ *Bai.* || 22 colonia modo deducta *Mue.* colonia deducta *Ri.* colonia iam deducta *Cl.* coloniam deductam ω | consio α π concio **n** χ^2 || 23 intellegas V^1M^1**n** || 24 illa *Lag. 9* | est *Wesenb. ad Sest. p. 45* sit **E** sunt ε sint **en** χ^2 fuit *cett.* || 25 in ceteris *Lag. 9* || 26 divini viri **n** | se praetores] septores *vel* emptores **VM**ψ**n** χ^2

annus hanc cupiditatem attulisset, nonne arbitramini paucis annis fuisse consulum nomen appetituros? deinde anteibant lictores, non cum bacillis, sed ut hic praetoribus urbanis anteeunt, cum fascibus bini. erant hostiae maiores in foro constitutae, quae ab his praetoribus de tribunali, sicut
5 a nobis consulibus, de consilii sententia probatae ad praeconem et ad tibicinem immolabantur. deinde patres conscripti vocabantur. iam vero vultum Considi videre ferundum vix erat; quem hominem 'vegrandi macie torridum' Romae contemptum, abiectum videbamus, hunc Capuae Campano †praesidio† ac regio spiritu cum videremus, Blossios
10 mihi videbar illos videre ac Vibellios. iam vero qui metus erat tunicatorum **94** illorum et in Albana et Seplasia! quae concursatio percontantium quid praetor edixisset, ubi cenaret, quo denuntiasset! nos autem hinc Roma qui veneramus iam non hospites, sed peregrini atque advenae nominabamur. haec qui prospexerunt, maiores nostros dico, Quirites, non eos in **35** **95**
15 deorum immortalium numero venerandos a nobis et colendos putatis? quid enim viderunt? hoc, quod nunc vos, quaeso, perspicite atque cognoscite. non ingenerantur hominibus mores tam a stirpe generis ac seminis quam ex iis rebus, quae ab ipsa natura nobis ad vitae consuetudinem suppeditantur, quibus alimur et vivimus. Carthaginienses fraudu-
20 lenti et mendaces non genere sed natura loci, quod propter portus suos multis et variis mercatorum et advenarum sermonibus ad studium fallendi studio quaestus vocabantur. Ligures duri atque agrestes; docuit ager ipse nihil ferendo nisi multa cultura et magno labore quaesitum. Campani semper superbi bonitate agrorum et fructuum magnitudine,

§ 93 (hostiae maiores) *cf. Cic. de leg. 2, 29* | (Blossios) *cf. Pis. 24; Liv. 27, 3* | (Vibellios) *cf. Pis. 24; Liv. 23, 8, 5. 46, 12; 26, 15, 11* || **§ 95–97** *cf. or. 1, 20* || **§ 95** (non ingenerantur ...) *aliter Cic. Brut. 212, Phil. 4, 13 etc.*

1 cum hanc α(**E**²)**n** || 2 baculis **E** || 3 urbanis α *om. cett.* | fascibus bini *Zu.* fascibus duabus **E** facibus duabus ω fascibus duobus *ed. Rom. 1471* duobus *del. Kays.* fascibus. tum *Ri.* fascibus. duae *AKl.* || 5 probatae *Laur.* -tis ω || 6 immolabant **EVM** | dein **VM**ψ | vocabuntur **M** || 7 Considi *ed. Rom. 1471* -dii *vulgo* consilii ωπ | vegrandi **k** *Laur.* ut (et, aut) grandi ω || 7, 8 vegrandem ac retorridum *Housman* vei (= vi) grandi macie torridum *Stowasser* || 8 contemptum ⟨atque⟩ abiectum *Lamb.* (*sed v. cod.* **P** *ad Cluent. 94*) || 9 praesidio] *an* perfido? supercilio *Herv.* fastidio *Ri. ex 1, 20* | ⟨Magios⟩ Blossios *Naug.* (*ex Pis. 24*) || 10 aut ac **V** | vibellios ς iubellios **VM**ψ iubellos απχ imbellos ς || 11 et¹ *del. Lamb.* | seblasia **E** (*cf. Ascon. in Pis. 24 p. 17, 1 St.*) seblaxia **n** | percontantium *vulgo* percun(c)tantium ω || 12 praetor **k** p. r. ω p̄tor **V** *in marg.* | quo denuntiasset *RKl.* quod (quid **k**) enuntiasset ωπ | qui hinc roma **E** | Roma *del. Bake, Bai., Kays.* || 13 iam] tam απ || 14 prospexerunt *Zu.* prospexerint **e**ε perspexerint **EVM**ψ**n** perspexerunt *Lag. 9* || 16 agnoscite ε || 18 semine *Karst.* | nobis *Laur.* bonis ωπ loci *Herv.* | ad vitae consuetudinem **k** a vita consuetudine ω et a (ac. *Zu.*) vitae consuetudine *Herv., Zu.* || 19 fraudolenti **VM**ψ**n**χ² || 21 advenam **n**χ² || 22 ligures απ ligures montani *cett.* (montani *in marg.* **V**); *cf. et Strab. 4, 6, 4*

urbis salubritate, descriptione, pulchritudine. ex hac copia atque omnium
rerum adfluentia primum illa nata est arrogantia, quae a maioribus
nostris alterum Capua consulem postulavit, deinde ea luxuries, quae
96 ipsum Hannibalem armis etiam tum invictum voluptate vicit. huc isti
decemviri cum IↃↃ colonorum ex lege Rulli deduxerint, centum decurio- 5
nes, decem augures, sex pontifices constituerint, quos illorum animos,
quos impetus, quam ferociam fore putatis? Romam in montibus positam
et convallibus, cenaculis sublatam atque suspensam, non optimis viis,
angustissimis semitis, prae sua Capua planissimo in loco explicata ac
†prae illis semitis† irridebunt atque contemnent; agros vero Vaticanum 10
et Pupiniam cum suis opimis atque uberrimis campis conferendos scilicet
non putabunt. oppidorum autem finitimorum illam copiam cum hac per
risum ac iocum contendent; Labicos, Fidenas, Collatiam, ipsum hercle
Lanuvium, Ariciam, Tusculum cum Calibus, Teano, Neapoli, Puteolis,
97 Cumis, Pompeiis, Nuceria comparabunt. quibus illi rebus elati et inflati 15
fortasse non continuo, sed certe si paululum adsumpserint vetustatis ac
roboris, non continebuntur; progredientur cuncti, ecferentur singulares.

§ 95 (alterum Capua consulem) *cf. Liv. 23, 6* || **§ 96** *de positione Romae v. et Liv. 5, 54–55; Tac. ann. 15, 38* | (Pupinia) *cf. Varr. r. r. 1, 9, 5; Colum. 1, 4, 3* | (Labicos ...) *de tenuitate horum oppidorum v. e. g. Cic. Cluent. 23; Strab. 5, 3, 2*

1 discriptione *Kays.* || 2 nata **s** *Ber.* capta α π apta *cett.* acta *Lag. 9* Campana nata *Mue.* orta *RKl.* | est *Wesenb.* fuit **k** sunt ω | qua *Lag. 9, vulgo* || 3 vestris **n** χ^2 | consulere ε π | postulavit **VM** ψ **n** *Lag. 9* postularunt α π (*ad* arrogantia ... postulavit *cf. paulo post* luxuries vicit *et personificationes in §§ 70, 72*) || 4 etiam *om.* **E** || 4–5 etiam ... cum *om.* **n** χ^2 | tum *Mue.* tunc ω | huc *Naug.* huic **EVM** *alii* in hoc hinc ε || 5 cum numerum *Lag. 9 Naug.* | IↃↃ *Laur.* modo (*i. e.* m̅o̅) ω π | deduxerunt α **V** || 6 constituerunt **E e M** || 7 quam] quem **E** | positam in montibus **M** || 8 optumis **eVM** ψ | viis *Ang.* suis ω π *an* vicis? (*cf. Tac. ann. 15, 38*) || 9 pro **V** || 10 prae illis semitis] praeclarissime sita *Bai.* praeclarissimis viis *RKl.* prae latis suis viis *Ha.* prae illis spatiis *Haupt op. 2, 369 del. Karst. alii aliter* | contemnere **E** || 10–13 agros ... contendent *om. Lag. 9, del. Zu.* || 10 vero *om.* **n** χ^2 | vaticanum $\mathbf{V}^c$ vaticantium (-ius) ω || 11 pupiniani **M** ς pupinianum $\mathbf{V}^c$ pupinianicum **s** | opimis *Laur.* optimis ω π | uberrimis α uberibus *cett., Laur.* | scilicet **n** χ^2 si licet α *om. cett.* || 12 non *om. ed. Iunt., del. Or., Kays. ante* conferendos *transpos. Schw.* | cum hac inopia *cod. Torr.* || 13 ac] ac per **n** χ^2 | contendent *Lag. 9., Man.* contemnent ω | Labicos *ed. Mediol.* lavicos **s** vicos **EVM** ψ **n** Veios *Zu.* fucos **e** ε || 13, 14 hercle lanuvium **VM** ψ hercle lanuvinum **n** χ^2 ercleianum **E** erculeanum ε ercleianum unmaum π || 15 comparabuntur **n** ⟨non⟩ comparabunt *Laur.* || 16 si certe α π (*om.* sed) | paululum **E** paulum ω (*ex* parulum **M**) | venustatis α π **n** χ^2 || 17 progredientur cuncti, ecferentur *Mue.* progredientur iuncti, efferentur *Madv. adv. cr. 2, 206* progredientur cuncti secum ferentur π progrediuntur iuncti secum feruntur (-entur **E**) α progredientur longius efferent **VM** progredientur longius efferentur ψ progredientur, cuncta secum ferent *Or., Cl.* (*cf. Liv. 40, 49, 1*) | singulares. homo *Madv. Mue.* singularis homo ω

homo privatus, nisi magna sapientia praeditus, vix cancellis et regionibus
offici magnis in fortunis et copiis continetur, nedum isti ab Rullo et
Rulli similibus conquisiti atque electi coloni Capuae in domicilio super-
biae atque in sedibus luxuriosis collocati non statim conquisituri sint
5 aliquid sceleris et flagitii, immo vero etiam hoc magis quam illi veteres
germanique Campani, quod in vetere fortuna illos natos et educatos
nimiae tamen rerum omnium copiae depravabant, hi ex summa egestate
in eandem rerum abundantiam traducti non solum copia, verum etiam
insolentia commovebuntur.

36 98 10 Haec tu, P. Rulle, M. Bruti sceleris vestigia quam monumenta maiorum
sapientiae sequi maluisti, haec tu cum istis tuis auctoribus excogitasti,
ut vetera vectigalia ⟨expilaretis⟩, exploraretis novo ⟨modo nova,
Capuam huic⟩ urbi ad certamen dignitatis opponeretis; ut sub vestrum
ius, dicionem, potestatem urbes, nationes, provincias, liberos populos,
15 reges, terrarum denique orbem subiungeretis; ut, cum omnem pecuniam
ex aerario exhausissetis, ex vectigalibus redegissetis, ab omnibus regibus,
gentibus, ab imperatoribus nostris coegissetis, tamen omnes vobis
pecunias ad nutum vestrum penderent; ut idem partim invidiosos agros
a Sullanis possessoribus, partim desertos ac pestilentis a vestris neces-
20 sariis et a vobismet ipsis emptos quanti velletis populo Romano in-
duceretis; ut omnia municipia coloniasque Italiae novis colonis occupare-
tis; ut, quibuscumque in locis vobis videretur ac quam multis videretur,
colonias collocaretis; ut omnem rem publicam vestris militibus, vestris 99
urbibus, vestris praesidiis cingeretis atque oppressam teneretis; ut ipsum

1 cancellis et *Ri.* (*cf. de or. 1, 52*) facilis (-li π) esset **α π χ** (*in marg.* sese) facili sese *cett.* facile sese *Lag. 9, edd.* ‖ 2 offici **α π** -ii *cett.* | fortuniis **α π** | continentur **M**[1] continet **V**[c] (*ex* continetur) *Lag. 9, edd.* | ab] a **s** *Lag. 9* ‖ 4 aedibus *RKl.* | luxuriae *Naug.* | concepturi *Or.* ‖ 8 eandemque **eVM ψ n** eam denique *Ri.* quandam *RKl.* ‖ 9 commorabuntur **α π** ‖ 10 brute **E** | monimenta **E** ‖ 11 malusti **E** | auctoribus **M** *Laur.* actoribus **ω** | cogitasti **ε** ‖ 12 *post* vectigalia *lac. statuit RKl., post* novo *lac. (26 litt.) indic. codd. familiae Poggianae in marg.:* 'deficit unus versus' vectigalia ea expleretis novo urbi **ω** *editores suppl. exempli gratia:* vectigalia ⟨venderetis⟩ et expleretis nova *Naug.* †ea expleretis nova, ut urbi ⟨Capuam⟩ *Kays.* vectigalia ⟨omnia⟩ expleretis novo ⟨importunissimorum satellitum vestrorum praesidio et Capuam novam⟩ urbi *Buechner, Progr. Schwerin 1866, 4* vectigalia nostra (*pro* ea) ⟨expilaretis⟩ (*sic Laur.*), exploraretis (*sic cod. Turn.*) nova, ⟨urbem novam huic⟩ urbi *Cl.* vectigalia ⟨raperetis praeter pau⟩ca, exploraretis novo ⟨modo nova, Capuam huic⟩ urbi *Fr.* ‖ 13 dignitati **s** | opponeretis *Lag. 9, Man.* opponere vis (-ri ius) **ω** ‖ 14 dicionem *Pluyg. 1858* iurisdicionem **ω** (*var. tenues*) | potestatem **E** potestatis *cett.* | liberos **α** liberas **VM ψ** *om.* **n** χ^2 ‖ 15 orbem denique terrarum *Lamb.* ‖ 17 ab *om. ed. Ald.* | vestris **n χ** ‖ 17–18 tamen . . . penderent; ut *del. Pluyg. 1858, qui et totum § 99 a Cicerone abiudicat; idem Kays.* ‖ 18 in invidiosos **V** (in *supra l.*) **M ς** *Lag. 9* ‖ 19 possessionibus **α π** | nostris **n** ‖ 20 et *del. ed. Ascon.* | nobismet **α** ‖ 22 ac quam multis videretur *om.* **k** ‖ 23–24 ut . . . cingeretis *om.* **E**[1], *add.* **E**[c] *in marg.* ‖ 23.24 vestris urbibus *om. Lag. 9*, *del. Zu.*

Cn. Pompeium, quoius praesidio saepissime res publica contra acerrimos hostes et contra improbissimos civis ⟨defensa est, praemio⟩ victoriae atque horum conspectu privare possetis; ut nihil auro et argento violari, nihil numero et suffragiis depravari, nihil vi et manu perfringi posset, quod non vos oppressum atque ereptum teneretis; ut volitaretis interea 5 per gentis, per regna omnia cum imperio summo, cum iudicio infinito, cum omni pecunia; ut veniretis in castra Cn. Pompei atque ipsa castra, si commodum vobis esset, venderetis; ut interea magistratus reliquos legibus omnibus soluti sine metu iudiciorum, sine periculo petere possetis; ut nemo ad populum Romanum vos adducere, nemo producere, 10 nemo in senatum cogere, non consul coercere, non tribunus plebis retinere posset.

100 Haec ego vos concupisse pro vestra stultitia atque intemperantia non miror, sperasse me consule adsequi posse demiror. nam cum omnium consulum gravis in re publica custodienda cura ac diligentia debet esse, 15 tum eorum maxime, qui non in cunabulis, sed in campo sunt consules facti. nulli populo Romano pro me maiores mei spoponderunt; mihi creditum est; a me petere quod debeo, me ipsum appellare debetis. quem ad modum cum petebam nulli me vobis auctores generis mei commendarunt, sic, si quid deliquero, nullae sunt imagines, quae me a vobis depre- 20 **37** cent. quare, modo si vita suppetat, quam ego summis ⟨***⟩ ab istorum scelere insidiisque defendere, polliceor hoc vobis, Quirites, bona fide: rem publicam vigilanti homini, non timido, diligenti, ⟨non inerti⟩ 101 commisistis. ergo ego is consul ⟨sim⟩, qui contionem metuam, qui tri-

1 quous **π** quo ius **M** quo vis *vel* quovis **V ς** cuius **χ**[2] *Bai.* | r. (rem **n**) p. **ω** rem publicam *Zu.* populus Rom. *ed. Herv., edd. vett.* || 2 civis ⟨defensa est, praemio⟩ victoriae *Ri. Fr.* civis victorem **ω** cuius victoriam **π** civis ⟨munita est, exercitu⟩ victore *Cl.* cives ⟨usus est, spoliare⟩ victorem *Uss.* cives ⟨tutati sumus,⟩ victoria *Zu.* || 3 auro nihil **E** || 3–4 auro . . . perfringi *suppl. declamatoris alicuius putat Uss.* || 4 suffragiis] servitiis *Cl.* | depravari *Madv. adv. cr. 2, 207* declarari **ω** publicari *Sh. B.* delacerari *Buechner* | vi et *Lagg. 7, 8* vi ac *Man., Zu.* vel laeta (leta **ε**) **α** velata *cett.* vi illata et *Lamb.* vi conlata *Ri.* || 7 ut *om.* **E** || 9 iudicio **α** || 10 ad r. p. **E** (*et Lag. 7*) || 11 nemo in senatum *Ri.* non in senatum **ω** (non *om.* **π**) non senatus *Ang.* | consules **E** || 12 posset **k** *Ern.* possit **ω** || 14 sperare *Lamb.* || 15 publica **χ c k** p. **V** (*supra l.*) *om. cett.* || 16 sunt] fuit **n χ**[2] || 18 est *om.* **E**[1] **ε** | debent **V**[1] **M**[1] **n χ**[2] || 19 mei *om. Lag. 9, del. Zu., Kays.* || 20 sic *om.* **α π** | deprecentur **V** *Gell. 7, 16, 7* || 21 quam rem **α π** | si **α** ut *cett.* mihi *Cl. del. Bai.* | suppeditet *coni. Mue.* superat **ε ς** | summis **ω π** si possum *RKl.* cum his *Zu.* conabor *Cl.* | *lac. post* summis *statuit Mue., qui* ⟨periculis obicere malo quam non rem publicam defendere⟩ *suppl.* || 21. 22 istorum periculis (*in marg.*) scelere **V**, *Lag. 9, unde* istorum pergam scelere *Zu.* || 22 pollicear **α** profiteor *Mue.* | bona fide *Herv.* bonae fidei **ω** || 23 diligentique *Lag. 9, Zu.* | *addidi* ⟨non ignavo⟩ *Herv.* || 24 ergo ego *scripsi* (*cf. prov. cons. 19; Phil. 2, 30*) ergo ero **E** ergo **e ε** ego *cett.* | is consul ⟨sim⟩ *scripsi* is ⟨sim⟩ *Cast.* ⟨sum⟩ is consul *Cl.* ⟨non sum⟩ is consul *coni. Mue.* | is] his **π** hiis **ε** | non metuam **E** | tribunum *cod. Graev.* tribunos **E** tr. **ω**

bunum plebis perhorrescam, qui saepe et sine causa tumultuer, qui timeam, ne mihi in carcere habitandum sit, si tribunus plebis duci iusserit? ego cum vestris armis armatus insignibusque amplissimis exornatus ⟨sim⟩, imperio, auctoritate, non horreo in hunc locum pro-
5 gredi {posse} vobisque auctoribus improbitati hominis resistere, nec vereor, ne res publica tantis munita praesidiis ab istis vinci aut opprimi possit. si antea timuissem, tamen hac contione, hoc populo certe non vererer; quis enim umquam tam secunda contione legem agrariam suasit quam ego dissuasi? si hoc dissuadere est ac non disturbare atque per-
10 vertere.

Ex quo intellegi, Quirites, potest nihil esse tam populare quam id, 102 quod ego vobis in hunc annum consul popularis adfero, pacem, tranquillitatem, otium. quae nobis designatis timebatis, ea ne accidere possent, consilio meo ac ratione provisa sunt. non modo vos eritis in otio, qui semper
15 esse volueratis, verum etiam istos, quibus odio est otium, quietissimos atque otiosissimos reddam. etenim illis honores, potestates, divitiae ex tumultu atque ex dissensione civium comparari solent; vos, quorum gratia in suffragiis consistit, libertas in legibus, ius in iudiciis et aequitate magistratuum, res familiaris in pace, omni ratione otium retinere debetis.
20 nam si ii, qui propter desidiam in otio vivunt, tamen in sua turpi inertia 103

§ 102 (consul popularis) *cf. or. 1, 23; or. 2, 6 sq. 9 sq.*

1 pertimescam *Lag. 9, Zu.* || 3 iusserit **E** iussisset *cett.* | armatus sim signisque *Lag. 9 unde* armatus ⟨sim⟩ insignibusque *Zu., Cl.* || 4 exornatus *α* ornatus *cett.* | ⟨sim⟩, imperio *scripsi* ⟨sim⟩, vestra *RKl.* | imperio auctoritate *del. Karst., post* armatus ⟨sim⟩ *transp. Cl.* | horret *π* horreo: *Zu.* || 5 posse *del. Lamb.* possem *Zu.* porro *Ri.* ⟨speroque me⟩ posse *Mue.* | vobis, Quirites *Mue.* | adiutoribus *Madv. adv. cr. 2. 207, prob. Mue.* | hominum *Zu.* | nec] ne **E** ve *ε* tene *π* || 7 possit **ck** *Lag. 9* posset *ω* | *ll. 3–7 sic leguntur in nonnullis edd. vett. (e. g. P. Rami, 1580; Merouville, 1684):* ego nondum vestris armis armatus, insignibus amplissimis ornatus, imperio auctoritate, non horrui in hunc locum progredi posse (*om. Merouville*) vobisque auctoribus improbitati hominis resistere; nunc verear, ne ... possit? | tamen *del. Man.* || 8 condicione *α π* | legata *α π* || 9 perturbare **E** | ac **n** || 15 voluistis *Uss.* | quibus odio est otium ... otiosissimos *Madv. Phil. 2, 142* quibus ociosi ocium fecissemus (facessimus *π*) atque ociosos *α π* **n** χ^2 quibus otiosi otium fecissemus otiosissimos *cett.* (*sed* atque otiosissimos **s**) quibus otiosi negotium fecissemus (facessimus *Lamb.*) otiosissimos *Herv. Lamb.* quibus otiosi otium fecissemus, aeque otiosos *RKl.* quibus odio est otium, aeque otiosos *Uss.* facillimos atque otiosissimos *Syd.* || 17 dissensionibus **V** || 18 ius *Kays.* hos *ω π* honos **s** *Ber., edd. vett.* || 19 magistratuum, res familiaris *Laur.* magnos timores familiares *ω* magnos honores familiares *π* magistratus et res familiaris *Herv. Lamb.* (*sine* et *ed. Iunt.*) | retinere *α π* tenere *cett.* || 20 nam si ii *Lamb.* nam si hi *Zu.* nam etsi ii **V**[c] *in marg.* **M**[c] *ψ* **n** χ^2 tam etsi ii (ei **V**[1]) **EV**[1]**M**[1] tametsi ei *π* tamen si ii **e** nam etsi hi *Lag. 9* tam et hii si *ε* || 20 – p. 48, 7 nam si ... conflarent *del. Kays.* | in[2] *om. α π*

capiunt voluptatem ex ipso otio, quanto vos fortuna meliore eritis, si hunc statum, quem habetis vestra non ignavia quaesitum sed virtute partum, ⟨in⟩ otio tenueritis, Quirites. ego et concordia, quam mihi constitui cum collega invitissimis iis hominibus, qui nos in consulatu inimicos esse et fore ⟨sperabant⟩, †actibus† providi omnibus, prospexi sane, 5
revocavi fidem; tribunis plebis denuntiavi, ⟨ne⟩ quid turbulenti me consule conflarent; ⟨sed⟩ summum et firmissimum est illud communibus fortunis praesidium, Quirites, ut, qualis vos hodierno die maxima contione mihi pro salute vestra praebuistis, talis ⟨vos⟩ reliquis temporibus rei publicae praebeatis. pro certo {reperto} polliceor hoc vobis atque 10
confirmo me esse perfecturum, ut iam tandem illi, qui honori inviderunt meo, tamen vos universos in consule deligendo plurimum vidisse fateantur.

§ 103 *de concordia cum Antonio v. et Cat. 4,23; Pis. 5. 38; Sall. Cat. 26, 2 sq.; Plut. Cic. 12; Cass. Dio 37, 33, 4*

1 ex *Madv. Phil. 2, 142* sed **α π** sub *cett.* ab *Zu.* | quanto *Ha.* quo **ω** quam *Madv.* | fortuna meliore eritis *Mom.* fortunam regitis **ω** fortunatiores eritis *Ha.* fortunati eritis *Madv.* || 1–3 si hunc statum ... ⟨in⟩ otio *scripsi* si hunc statum ... otium **ω** si ⟨in⟩ hoc statu ... otium *Mue., Cl., Fr.* in hoc statu ... otium *Zu.* si hunc statum ... [otium] *Boul.* || 2 vestra *Mue.* esse **ω** esset **s** si *Zu.* *del. Madv.* | ignavia quaesitum sed virtute *Madv.* ignoravi non (an *vel* ante **M**^{c} **n** χ^2 non an **s**) quaesitum sed vita **ω π** || 3 Quirites. ego *Cl.* quod ego **ω** *cum cruce Mue.* | et **ω** ea *Madv.* ex *ed. Adam. 1472* cum *Zu.* | concordia quam] concordiam iam *Fr.* || 4 qui nos *Madv.* quos vos **ω π** quos nobis *Zu.* qui nos ⟨voluerant⟩ *Fr.* || 4.5 inimicos esse et fore ⟨sperabant⟩ †actibus† *scripsi* inimicos esse et fore iactabant *Kasten* inimicos esse et fore aiebant *Cl.* inimico esse et corpus actibus (iactibus **M ς**) **E e M ψ** inimico esse et corporis iactibus **V** inimico esse et corporibus actibus **π** inimicissimos fore †actibus *Madv.* inimicos esse et cupiditatibus *Zu.* inimicos esse, et cum eo rei p. partibus *Fr. conatus sic scripturam* corpore *dissolvere, cf. Mil. 68* || 5–6 † providi ... revocavi † *Boul.* || 5 providi] proripi *Zu.* | perspexi **ε ς** *Zu.* || 5.6 sane, revocavi fidem *scripsi* sane revocavi idem **ω** annonae, revocavi fidem *Cl.* revocavi. idem *vulgo* || 6 tribunos plebis *Zu.* | denuntiavi *om.* **V M ψ** | ⟨ne⟩ *Turn.* | turbulenti **α n** χ^2 turbulentum *cett., Zu.* || 7 constarent (-et **ε**) **α n** χ^2 | ⟨sed⟩ *Fr.* || 8 hodierno *ed. Venet. 1471* -a **ω** || 9 *addidi* (*cf. Rosc. Amer. 6 fin.*) || 10 rei publicae *Ang.* populo romano (p. r.) **ω** | pro certo **ω π** promitto *Cl., Fr.* | reperto (-peto) **E e π n** χ^2 recepto **ε** *om. cett., del. Kasten* recipio *Mue.* ac comperto *Ri.* vero *Zu.* | polliceor *del. Mue.* | haec **M** || 12 diligendo **E**

M. TVLLI CICERONIS
DE LEGE AGRARIA ORATIO TERTIA
CONTRA P. SERVILIVM RVLLVM TR. PLEBIS
AD POPVLVM

1 1 Commodius fecissent tribuni plebis, Quirites, si, quae apud vos de me deferunt, ea coram potius me praesente dixissent; nam et aequitatem vestrae disceptationis et consuetudinem superiorum et ius suae potestatis retinuissent. sed quoniam adhuc praesens certamen contentionemque
5 fugerunt, nunc, si videtur eis, in meam contionem prodeant et, quo provocati a me venire noluerunt, revocati saltem revertantur. 2 video quosdam, Quirites, strepitu significare nescio quid et non eosdem vultus, quos proxima mea contione praebuerunt, in hanc contionem mihi rettulisse. quare a vobis, qui nihil de me credidistis, ut eam voluntatem,
10 quam semper habuistis erga me, retineatis, peto; a vobis autem, quos leviter immutatos esse sentio, parvam exigui temporis usuram bonae de me opinionis postulo, ut eam, si, quae dixero, vobis probabo, perpetuo retineatis, sin aliter, hoc ipso in loco depositam atque abiectam relinquatis. 3 completi sunt animi auresque vestrae, Quirites, me gratificantem
15 † septem tyrannis † ceterisque Sullanarum adsignationum possessoribus agrariae legi et commodis vestris obsistere. hoc si qui crediderunt, illud prius crediderint necesse est, hac lege agraria, quae promulgata est,

§ **1** (coram potius) *cf. or. 2, 78* || § **2** (proxima mea contione) *cf. or. 2, 103*

m. tulli ciceronis in consulatu ad populum contra legem agrariam **V** incipit tertius **E** incipit tertius eiusdem m. t. c. ε incipit III in rullum tr. pl. π m. t. ciceronis de lege agraria oratio ad quir. incipit **s** m. t. c. in senatu ad populum contra legem agrariam oratio **r** de lege agraria ad populum liber tertius *vel similiter* ψ *inscriptione caret* **M** || 1 apud] ad *coni. Mue.* (*habet iam ed. Merouvilli, 1684*) | de *om.* **E** || 2 detulerunt *Lamb.* | eam **M** || 3 nostrae **s** *Lag. 9* || 8 rettulisse] praebuisse **n** χ^2 || 11 invitatos **n** χ^2 | bono **M** bene ς || 12 probaro *Lag. 9, Ern., Zu.* || 15 septem (VII **n**) tyrannis ω *cruces malui quam* Septimiis, Turraniis (*Madv. adv. cr. 3, 129, alii*); *ego* veteranis *vellem* || 16 commodis vestris α **n** commodo vestro *cett.* | haec **n** χ^2 || 17 provulgata **M** | est *RKl.* sit ω

adimi Sullanos agros vobisque dividi aut denique minui privatorum possessiones, ut in eas vos deducamini. si ostendo non modo non adimi cuiquam glebam de Sullanis agris, sed etiam genus id agrorum certo capite legis impudentissime confirmari atque sanciri, si doceo agris iis, qui a Sulla sunt dati, sic diligenter Rullum sua lege consulere, ut facile (5) appareat eam legem non a vestrorum commodorum patrono, sed a Valgi genero esse conscriptam, num quid est causae, Quirites, quin illa criminatione, qua in me absentem usus est, non solum meam, sed etiam vestram diligentiam prudentiamque despexerit?

2 4 Caput est legis quadragesimum, de quo ego consulto, Quirites, neque (10) apud vos ante feci mentionem, ne aut refricare obductam iam rei publicae cicatricem viderer aut aliquid alienissimo tempore novae dissensionis commovere, neque vero nunc ideo disputabo, quod hunc statum rei publicae non magno opere defendendum putem, praesertim qui otii et concordiae patronum me in hunc annum populo Romano professus sim, (15) sed ut doceam Rullum posthac in iis saltem tacere rebus, in quibus de se 5 et de suis factis taceri velit. omnium legum iniquissimam dissimillimamque legis esse arbitror eam, quam L. Flaccus interrex de Sulla tulit, ut omnia, quaecumque ille fecisset, essent rata. nam cum ceteris in civitatibus tyrannis institutis leges omnes exstinguantur atque tollantur, hic (20) rei publicae tyrannum lege constituit. est invidiosa lex, sicuti dixi, verum tamen habet excusationem: non enim videtur hominis lex esse 6 sed temporis. quid si est haec multo impudentior? nam Valeria lege Corneliisque legibus cum eripitur, datur, coniungitur impudens gratificatio cum acerba iniuria; sed tamen habet in illis legibus spem nonnullam (25) cui ademptum est, aliquem scrupulum cui datum est. Rulli cautio est haec: 'QVI POST C. MARIVM CN. PAPIRIVM CONSVLES'. quam procul a

§ 3 (a Valgi genero) *cf. or. 1, 14; 2, 69; 3, 13–14; nomen socero erat, ut videtur C. Quinctius Valgius (v. CIL 1, 1230; 1, 1246 = 10, 852; Degrassi ILLRP 598)* || **§ 5** *lex Valeria a. 82 lata; cf. Rosc. Am. 125. 139; Verr. 2, 3, 82; Att. 9, 15, 2; de leg. 1, 42; Plut. Sull. 33, 2; Appian. b. c. 1, 459 sqq.* || **§ 6** *C. Marius Cn. Papirius Carbo coss. a. 82*

1 Sullanis *Ri.* || 2 si] sed ε | ostendo *om.* **M**^{1} || 4 his α || 5 a α**V**^{c} *Lag. 9* *om. cett.* | consulere sua lege **E** || 6 non] aut ε | a^1] ad **V** || 7 Valgi *Ber.* vulgi ω | quirites quin **VM** ψ quirites α π quin **n** || 8 discriminatione ε || 11 obductam α**V**^{c} abductam *cett.* | p. r. ε rem p. **r** || 15 hunc *om.* χ | populo romano π *Laur.* rei p. α**ck** r. p. *cett.* | professus *Man.* confessus ω π || 16 Rullum] nullum ς *Lag. 9* | iis] his **rs** huius α π || 18 lucius **E** | interrex] interea α in terra π inter leges **r** || 21 sicut **n** χ || 22 veram **Ee** || 23 hoc **n** χ^2 | imprudentior α**n** ς || 24 cum eripitur *ed. P. Rami, 1580* eripitur cum **M** *ed. Ald.* eripitur civi **E** π eripitur cui *cett.* eripitur si cui *Mue., Fr.* eripitur civi, ⟨civi⟩ *Graev., Cl.* eripitur civi ⟨ager, cum civi⟩ *Ri.* || 25 habet in *Naug. Herv.* inhibet ω π imbibit *Or.* || 26 ademptum ... datum *Put.* -us ... -us ω || 26. 27 haec est **M** || 27 qui] quae *ed. Ald.* | cn. cons. papirium α cn. carbonem consules *Lag. 9, Zu.* carbonem *supra l.* **V** | quam] qui nam **n** χ^2

suspicione fugit, quod eos consules, qui adversarii Sullae maxime fuerunt,
potissimum nominavit! si enim Sullam dictatorem nominasset, perspi-
cuum fore et invidiosum arbitratus est. sed quem nostrum tam tardo
ingenio fore putavit, cui post eos consules Sullam dictatorem fuisse in
5 mentem venire non posset? quid ergo ait Marianus tribunus plebis, qui 7
nos 'Sullanos' in invidiam rapit? 'QVI POST MARIVM ET CARBONEM
CONSVLES AGRI, AEDIFICIA, LACVS, STAGNA, LOCA, POSSESSIONES (caelum
et mare praetermisit, cetera complexus est) PVBLICE DATA, ADSIGNATA,
VENDITA, CONCESSA SVNT (a quo, Rulle? post Marium et Carbonem
10 consules quis adsignavit, quis dedit, quis concessit praeter Sullam?)
EA OMNIA EO IVRE SINT (quo iure? labefactat videlicet nescio quid;
nimium acer, nimium vehemens tribunus plebis Sullana rescindit)
VT QVAE OPTIMO IVRE PRIVATA SVNT. etiamne meliore quam paterna et
avita? meliore. at hoc Valeria lex non dicit, Corneliae leges non sanciunt, 8
15 Sulla ipse non postulat. si isti agri partem aliquam iuris, aliquam simili-
tudinem propriae possessionis, aliquam spem diuturnitatis attingunt,
nemo est tam impudens istorum, quin agi secum praeclare arbitretur. tu
vero, Rulle, quid quaeris? quod habent, ut habeant? quis vetat? ut
privatum sit? ita latum est. ut meliore ⟨iure⟩ tui soceri fundus Hirpinus
20 sit sive ager Hirpinus (totum enim possidet) quam meus paternus avitus-
que fundus Arpinas? id enim caves. optimo enim iure ea sunt profecto 9
praedia, quae optima condicione sunt. libera meliore iure sunt quam
serva; capite hoc omnia, quae serviebant, non servient. soluta meliore
in causa sunt quam obligata; eodem capite subsignata omnia, si modo
25 Sullana sunt, liberantur. immunia commodiore condicione sunt quam
illa, quae pensitant; ego Tusculanis pro aqua Crabra vectigal pendam,
quia mancipio fundum accepi; si a Sulla mihi datus esset, Rulli lege **3**
non penderem. video vos, Quirites, sicuti res ipsa cogit, commoveri vel 10
legis vel orationis impudentia, legis, quae ius melius Sullanis praediis
30 constituat quam paternis, orationis, quae eius modi ⟨in⟩ causa in-

§ 9 (aqua Crabra) *cf. et. fam. 16, 18, 3; Front. aqu. 9*

3 fore *om.* α | nostrum α vestrum *cett.* || 5 ait] aut **M** ς || 7–10 agri ... consules *om.* **M** | agri **k** agros ω || 9 ⟨POSSESSA⟩ SVNT *AKl., cf. § 11* || 10 quis adsignavit *om.* **M** || 11 sunt **V** || 12 sullana **VM** ψ **n** sullanus **E** π sillanis **e** ε Sullanas res *Bai., Boul., cf. § 13* Sullae acta *Pluyg. 1858 (et 1881)* || 13 ut] quo *Lamb.* | sunt **c** *Lag. 9, Turn.* sint ω || 15 Sullani ipsi non postulant *Pluyg. 1858* | partim **VM** ψ || 16 propie **M** || 17 impudens *Naug.* imprudens ω π || 18. 19 ut privatum sit? *Wesenb.* ut privatim? sed α π ut privatum? sed **VM** ψ **n** || 19–21 est. ut meliore ⟨iure⟩ ... Arpinas? *Ri.* est, ut ... Arpinas; *edd.* | meliore ⟨iure⟩ *Pluyg. 1858* melior ω || 19 *et* 20 hirpinus *Lag. 9* irpinus ω (*bis*) arpinus **r** (*bis*) || 21 sunt profecto ea **M**^{c} || 23 e eapite **r** || 24 quam non obligata α π **V**^{1} **n** χ || 25 commodiore α **n** χ meliore **VM** ψ || 26 tusculanus **E** | Crabra *Man.* crebra ω π | vectigali **M** ψ || 27 quia *Naug.* quia a **E** qui a (*vel* qui a-) *cett.* | adlatus **r** || 28 Quirites] querere **E** | cogit **k** *Laur.* cogat ω || 29 legisque α legis^{2} *om.* **n** χ^{2} | praesidiis α π **n** χ || 30 ⟨in⟩ *Bai.* (*ante* eius *Madv.*)

simulare quemquam audeat rationes Sullae nimium vehementer defendere. at si illa solum sanciret, quae a Sulla essent data, tacerem, modo ipse se Sullanum esse confiteretur. sed non modo illis cavet, verum etiam aliud quoddam genus donationis inducit; et is, qui a me Sullanas possessiones defendi criminatur, non eas solum sancit, verum ipse novas 5
11 adsignationes instituit et repentinus Sulla nobis exoritur. nam attendite quantas concessiones agrorum hic noster obiurgator uno verbo facere conetur: 'QVAE DATA, DONATA, CONCESSA, VENDITA'. patior, audio. quid deinde? 'POSSESSA'. hoc tribunus plebis promulgare ausus est, ut, quod quisque post Marium et Carbonem consules possidet, id eo iure teneret, 10 ⟨quo⟩ quod optimo privatum ⟨est⟩? etiamne si vi deiecit, etiamne si clam, si precario venit in possessionem? ergo hac lege ius civile, causae
12 possessionum, praetorum interdicta tollentur? non mediocris res neque parvum sub hoc verbo furtum, Quirites, latet. sunt enim multi agri lege Cornelia publicati nec cuiquam adsignati neque venditi, qui a paucis 15 hominibus impudentissime possidentur. his cavet, hos defendit, hos privatos facit; hos, inquam, agros, quos Sulla nemini dedit, Rullus non vobis adsignare vult, sed eis condonare, qui possident. causam quaero, cur ea, quae maiores vobis in Italia, Sicilia, Africa, duabus Hispaniis, Macedonia, Asia reliquerunt, venire patiamini, cum ea, quae vestra sunt, 20
13 condonari possessoribus eadem lege videatis. iam totam legem intellegetis cum ad paucorum dominationem scriptam tum ad Sullanae adsignationis rationes esse accommodatissimam. nam socer huius vir multum bonus est, neque ego nunc de illius bonitate, sed de generi impudentia disputo.
4 ille enim quod habet retinere vult neque se Sullanum esse dissimulat; hic 25 ut ipse habeat, quod non habet, quae dubia sunt per vos sancire vult, et cum plus appetat quam ipse Sulla, qui his rebus resisto Sullanas res
14 defendere criminor. 'habet agros nonnullos' inquit 'socer meus desertos

§ 13 (criminor) *forma fortasse passive intellegenda; de figura verbi cf. Quint. 9, 3, 6–7* || **§ 14** (habet agros . . .) *cf. § 8; or. 1, 14; 2, 68–69*

2 at] ac **e** ε ς || 6 repente (*aut* repentino) novus *Ri.* || 7 hic noster *om.* ε | noster] modo **n** χ || 9 haec **n** || 10 consulibus α coss. his π | possidet ω π possedit *Ri.* possideret *Ern.* || 11 ⟨quo⟩ quod *ed. Ascens.* quo qui **k** quod ω ⟨ut⟩ quod *AKl.* (*cf. § 7*) | ⟨est⟩ *Bai.* | deiecit *Lamb.* eiecit ω π || 11. 12 si clamsi *Lag. 9* si iam si **VM** ψ sic iam si α **k** sic iam **n** || 12 causa **r** || 13 sub hoc verbo *ante* interdictum *add.* **r** | tollentur? *Mue.* tollentur. *vulgo* || 14 furtum **V**[c] *in marg.* **k** *Lag. 9 ed. Rom. 1471* futurum ω futurum malum **r** || 15 nec] neque *Lamb.* || 16 defendet α || 18 vobis] verbis α **n** χ | causam] ac iam *coni. Madv.* || 19 africa α π *om. cett. del. Kays.* || 20 reliquerunt **n** χ quaesiverunt **VM** ψ *om.* α π ⟨quaesita⟩ reliquerunt *coni. Cast.* reliquerunt, ⟨hac lege⟩ *Lamb., RKl.* | cum] ad **n** || 21 intelligitis **E** *Lag. 9* || 22 scriptam *cod. Torr.* scripta sit ω π || 23 commoditissimam α π **n** χ || 24 generi impudentia *Man.* genere impudentiae ω || 26 sanciri *Kays.* || 27 at ⟨eum⟩ cum *Zu.* | qui his *Ri.* quibus ω π quibus ⟨ego⟩ *ed. Ald.* quia his *Pluyg. 1858* || 28 criminor ω π *cum cruce Kays.* me criminatur *Lamb.*

atque longinquos; vendet eos mea lege quanti volet. habet incertos ac nullo iure possessos; confirmabuntur optimo iure. habet publicos; reddam privatos. denique eos fundos, quos in agro Casinati optimos fructuosissimosque continuavit, cum usque eo vicinos proscriberet,
5 quoad oculis conformando ex multis praediis unam fundi regionem formamque perficeret, quos nunc cum aliquo metu tenet, sine ulla cura possidebit.'

Et quoniam, qua de causa et quorum causa ille hoc promulgarit, 15 ostendi, doceat ipse nunc, ego quem possessorem defendam, cum agrariae
10 legi resisto. silvam Scantiam vendis; populus Romanus possidet; defendo. Campanum agrum dividis; vos estis in possessione; non cedo. deinde Italiae, Sicilae ceterarumque provinciarum possessiones venalis ac proscriptas hac lege video; vestra sunt praedia, vestrae possessiones; resistam atque repugnabo neque patiar a quoquam populum Romanum
15 de suis possessionibus me consule demoveri, praesertim, Quirites, cum vobis nihil quaeratur. hoc enim vos ⟨in⟩ errore versari diutius non 16 oportet. num quis vestrum ad vim, ad facinus, ad caedem accommodatus est? nemo. atqui ei generi hominum, mihi credite, Campanus ager et praeclara illa Capua servatur; exercitus contra vos, contra libertatem
20 vestram, contra Cn. Pompeium constituitur; contra hanc urbem Capua, contra vos manus hominum audacissimorum, contra Cn. Pompeium decem duces comparantur. veniant et coram, quoniam me in vestram contionem vobis flagitantibus evocaverunt, disserant.

§ 15 *ad* silvam Scantiam *v. or. 1, 3; or. 2, 48* || **§ 16** (ad vim, ad facinus) *cf. or. 2, 77* | (contra Cn. Pompeium) *cf. or. 2, 23–25. 49. 52–55. 60–62. 99*

3 cassinati **εVs** | optumos **e** || 4 fructuosissimosque **α** -que *om. cett.* || 5 oculis conformando *Gul.* oculis confirmando **απVMψ** oculis continuando **k** oculos confirmando **n**χ^2 oculis contuendo *cod. Torr.* | praesidiis **E** | fundi **k** *Naug.* eundi **ω** || 6 normamque *Cl.* (*cf. Hor. sat. 2, 6, 9*) | perficeret *Ern.* perfecerit **ω** perferent **V** || 8 promulgarit *Graev.* promulgavit **ω** || 9 docebo *Madv. adv. cr. 2, 207* | nunc *Mom.* num **ω** (*lacunam habet* **n**) iam *Zu.* | ⟨Sullanum⟩ possessorem *Kays.* || 10 populus romanus (p. r.) **k** *Laur.* res p. (r. p.) **ω** || 11 deinde] denique **Ee** || 12 provinciarum *om.* **n** | atque **M** || 13 praesidia **E** || 14 nec **s** | a quo **α** || 15 demoveri **nχ** demoverit **απ** dimoveri *cett.* | praesertim, Quirites, cum *RKl.* praesertimque cum **απ** praesertim quom *cett.* || 16 nobis **s** | ⟨in⟩ *Naug.* (*ante* hoc *ed. Iunt.*) || 17 ad caedem **e** ad cedem *Lag. 9* adcedem **ε** accedem **π** ac cedem **VMψ** accedere **E** || 18 atque **αnχ** || 19 servabitur *Lag. 9, Zu.* || 22 et coram *Ri.* coram **απ** coram et *cett.* || 23 evocaverunt *Madv.* convocaverunt **ω**

PRAEFATIO

V Haec oratio, una e consularibus Ciceronis, in apographo Poggiano, codice Vaticano Latino 11458, legitur de quo latius in praefatione ad orationes de lege agraria.[1]) codicem illum veterem a Poggio transcriptum mancum et in hac oratione fuisse et lacuna in media oratione (19) et finis deperditus et duae notae in margine Poggii manu scriptae testantur; ad 19 enim scriptum est: *in exemplari vetustissimo deficit una pagina* (in lacunae linea quarta legitur *nobis dabit*), ad orationis finem: *In exemplari vetustissimo deficiunt due charte que fuerunt abscise.* ex autographo Poggiano omnes codices quos habemus textum huius orationis continentes originem traxisse Clarkius pro certo demonstravit[2]) et nos nunc confirmare possumus. prima igitur et potius unica auctoritate est nobis **V**, dum prioribus editoribus codex Laurentianus plut. XLVIII

ω 26 (**Ω**, apud nos **ω**) omnium codicum potissimus erat, quem ex **V** dependere certum est, non autem directe, sed ut videtur per **M**, in quo nunc oratio nostra simul cum orationibus pro Rabirio et pro Roscio comoedo deest, vel per gemellum eius. quantum **ω** a **V** distet tabula nostra ostendit:

2 (p. 59, 8) **V** *inter* cum *et* tum (*quater*) *haeret* cum **ω**; (p. 59, 12) vitae que $\mathbf{V}^1$ vitiaq $\mathbf{V}^c$ (*marg.*) vitaeque **ω**; 4 (p. 60, 13) aliud nihil **V** nihil aliud **ω**; 5 (p. 60, 21) his **V** hiis **ω**; (p. 60, 24) C. Rabiri $\mathbf{V}^c$ (*marg.*) gabiri $\mathbf{V}^1$ **ω**; 6 (p. 60, 29) semihore **V** (h *supr. l.*) se maiorem **ω**; (p. 60, 32) se maiorem $\mathbf{V}^1$ semihore $\mathbf{V}^c$ (*marg.*) semihorae **ω**; (p. 60, 30) curriculum **V** articulum **ω**; (p. 60, 31) conditioni **V** condictioni **ω**; 7 (p. 61, 3) obiectum esse $\mathbf{V}^c$ (esset $\mathbf{V}^1$) obicietur esse **ω**; 10 (p. 61, 31) sustulissem **V** sustulisse **ω**; 13 (p. 62, 30) ista **V** ita **ω**; 14 (p. 63, 9) ille (si *del. in marg.*) $\mathbf{V}^c$ ille si **ω**; sui si $\mathbf{V}^c$ sui **ω**; 15 (p. 63, 15) interiectum **V** inficetum **ω**; (p. 63, 16) milies $\mathbf{V}^c$ (*marg.*) illi es ($\mathbf{V}^1$) **ω**; 16 (p. 63, 32) conditio **V** condictio **ω**; 22 (p. 66, 24) sectam **V** septam **ω**; 23 (p. 66, 37) voci $\mathbf{V}^c$ voce **ω**; 24 (p. 67, 9) saturnini l. **V** l. saturnini **ω**; 28 (p. 68, 13) defigendam **V** defigiendam **ω**; 30 (p. 69,2) condicionem **V** condictionem **ω**; 31 (p. 69, 8) rei **V** *om.* **ω**; (p. 69, 10) cretonis **V** crotoni **ω**; (p. 69, 12) i. d. m. **V** i. o. m. **ω**

differentiae non sunt multae neque graves; merita autem manus alterius correctricis animadvertenda sunt; corrector hic (ω^c) non male munere suo functus multa vitia librarii primi (ω^1) ad $\mathbf{M}^c$ vel ad **V** ($\mathbf{V}^c$) emendavit, praesertim verba omissa supplevit, itaque textum ad meliorem statum adduxit. correctiones nonnullae non bonae, aliae nimium diligenter

1) Cf. p. VIII.
2) Praef. V sqq., XV; Anecdota Oxoniensia X, Oxford 1905.

factae (ut 31, ubi ω^c glossam marginalem *deprecor* in textum induxit); ω (sicut et V) nonnulla menda habet, quae in aliis codicibus correcta sunt.

Praeter apographon Poggianum duos palimpsestos habemus, quos Niebuhr in Bibliotheca Vaticana invenit.[1]) qui sunt palimpsestus Vaticanus (O) 16–19 (*expectatio ... si mihi es-*) continens et palimpsestus **O** Vaticanus (P) 32–38 praebens, multis lacunis vitiatus, sed qui partem **P** textus e Ciceronis peroratione in apographo Poggiano non servatam affert. hi palimpsesti, omnibus saec. XV codicibus vetustiores, minima fragmenta textus codicis cuiusdam sanioris quam ille, quo Poggius usus est, nobis praebent.

CONSPECTVS LIBRORVM

EDITIONES

(vide et p. XIV)

C. Beier, Ciceronis opera, Lipsiae 1825
F. Galli, pro C. Rabirio perduellionis reo, Neapoli 1933

DISPVTATIONES CRITICAE

Angelius, N., emendationes in ed. Iuntina 1515
Bake, J., Scholica hypomnemata, 5 voll., Lugduni Batavorum 1837–1862
Budaeus, G., coniecturae in ed. Ascensiana 1522
Castiglioni, L., censura ed. Früchtel, Athenaeum 13, 1935, 133sqq.
Clark, A. C., Inventa Italorum ..., Anecdota Oxoniensia XI, Oxford 1909
Karsten, H. Th., Mnemosyne n. s. 6, 1878, 438sqq.
Mommsen, Th., coniecturae in ed. Orelli-Baiter-Halm citatae
Niebuhr, B. G., M. Tulli Ciceronis orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta, Romae 1820
Pluygers, W. G., Mnemosyne 9, 1860, 328sqq.
–, (ed. C. G. Cobet) Mnemosyne n. s. 9, 1881, 133sqq.
Rau, S. J. E., Variarum lectionum libri I–II, Lugduni Batavorum 1834. 1842
Turnebus, A., Adversariorum tomi III, Basileae 1581
Wesenberg, A. S., Kritiske Bemaerkninger, Viborg 1836

DISPVTATIONES VARIAE SELECTAE

Bauman, R. A., The Duumviri in the Roman Criminal Law and in the Horatius Legend (Historia Einzelschrift 13), Wiesbaden 1969, 9sqq.
Bleicken, J., ZRG 6, 1959, 337sqq.
–, Lex Publica. Gesetz und Rechte in der römischen Republik, Berlin 1975, 473sqq.
Brecht, Ch., RE XIX 1, 1937, 634sqq. s. v. perduellium
Brożek, M., De Ciceronis orationibus consularibus, Acta Sess. Cic. Varsoviae 1957, 63sqq.

---

1) B. G. Niebuhr, M. Tulli Ciceronis orationum pro M. Fonteio et pro C. Rabirio fragmenta, Romae 1820.

Büchner, K., Cicero, Heidelberg 1964
Ciaceri, E., I processi politici, Milano 1918, 169sqq.
–, Cicerone e i suoi tempi I, Milano 1941², 218sqq.
Cichorius, C., Römische Studien, Leipzig 1922, 151
Cloud, J. D., Livy's source for the trial of Horatius, LCM 2, 1977, 205sqq.
Gelzer, M., Cicero. Ein biographischer Versuch, Wiesbaden 1969, 76sqq.
Gotzes, Ph., De Ciceronis tribus generibus dicendi in orationibus pro Caecina, de imperio Cn. Pompei, pro C. Rabirio perd. reo adhibitis, Diss. Rostock 1914
Guarino, A., Senatus consultum ultimum, Sein und Werden im Recht: Festgabe für U. von Lübtow, Berlin 1970, 515sqq.
Hardy, E. G., Some Problems in Roman History, Oxford 1924, 102sqq.
Havas, L., L'arrière-plan politique du procès de perduellio contre Rabirius, ACD 12, 1976, 19sqq.
Holmes, R., The Roman Republic, t. I, New York 1926, 250sqq., 452sqq.
Jezierski, H., De oratione pro Rabirio, Meander 26, 1971, 485sqq.
Lallier, R., Le procès de Rabirius, Rev. hist. 12, 1880, 275sqq.
Laurand, C., Etudes sur le style des discours de Cicéron, I–III, Paris 1936–1940⁴
Lengle, J., Die staatsrechtliche Form der Klage gegen C. Rabirius, Historia 7, 1933, 328sqq.
Magdalein, A., Remarque sur la perduellio, Historia 22, 1973, 405sqq.
Mattingly, H. B., Saturninus' corn bill and the circumstances of his fall, CR 83, 1969, 267sqq.
Meyer, Ed., Caesars Monarchie und das Principat des Pompejus, Leipzig 1922², 543sqq.
Mirabelli, G., Di un processo politico avvenuto negli ultimi tempi della repubblica romana, Savona 1890
Mitchell, T. N., Cicero and the Senatus consultum ultimum, Historia 20, 1971, 47sqq.
Mommsen, Th., Römisches Staatsrecht III, Berlin 1888, 1240sqq.
Ooteghem, J. van, Pour une lecture candide du Pro C. Rabirio, LEC 32, 1964, 234sqq.
Pepermans, G. M. A., Het proces tegen C. Rabirius, Nijmegen 1975
Plaumann, J. C., Das sogenannte senatus consultum ultimum, die Quasidiktatur der späteren römischen Republik, Klio 13, 1913, 321sqq.
Renkema, E. H., De iudicio perduellionis sublato, Mnemosyne n. s. 54, 1927, 394sqq.
Putsche, W., Über das genus iudicii der Rede Ciceros pro Rabirio, Jena 1881
Schanz, M. – Hosius, C., Geschichte der römischen Literatur I, München 1927⁴, 419sq.
Schneider, A., Der Process des C. Rabirius, Festschrift Windscheid, Zürich 1889
Schulthess, O., Der Prozess des C. Rabirius vom Jahr 63 v. Chr., Programm Thurgau 1891
Strachan-Davidson, J. L., Problems of the Roman Criminal Courts, I–II, 1912
Tyrrell, W. B., The Trial of C. Rabirius in 63 B. C., Latomus 32, 1973, 285sqq.
–, The duumviri in the Trials of Horatius, Manlius and Rabirius, ZRG 91, 1974, 106sqq.
–, A legal and historical Commentary to Cicero's Oratio Pro C. Rabirio perduellionis reo, Amsterdam 1978
Von der Mühll, P., RE I A, 24sqq. s. v. Rabirius (5)
Wegehaupt, W., Ciceros Rede pro C. Rabirio perduellionis reo, Progr. Hamburg 1912
Wirz, K., Der Perduellionisprozess des Rabirius, Jahrb. f. klass. Philol. 119, 1879, 177sqq.
Zumpt, A. W., Der Criminalprocess der römischen Republik, Leipzig 1871

TESTIMONIA

DE CAVSA C. RABIRI

Cass. Dio 37, 26—28 καὶ ταῦτα μὲν πρός τε τοῦ Κικέρωνος καὶ πρὸς τῶν ἄλλων τῶν ὁμογνωμονούντων οἱ προκαταληφθέντα, πρὶν ἔργον τι ἀπ᾽ αὐτῶν συμβῆναι, ἐπαύθη· Τίτος δὲ δὴ Λαβιῆνος Γάιον Ῥαβίριον ἐπὶ τῷ τοῦ Σατουρνίνου φόνῳ γραψάμενος πλεῖστόν σφισι τάραχον παρέσχεν. ὅ τε γὰρ Σατουρνῖνος πρὸ ἓξ που καὶ τριάκοντα ἐτῶν ἐτεθνήκει, καὶ τὰ κατὰ τὸν πόλεμον τὸν πρὸς αὐτὸν οἱ ὕπατοι τότε παρὰ τῆς βουλῆς προσετετάχατο, ὥστε ἡ γερουσία ἄκυρος ἐκ τοῦ δικαστηρίου ἐκείνου τῶν ψηφισμάτων ἐγίγνετο. κἀκ τούτου πᾶς ὁ κόσμος τῆς πολιτείας ἐταράττετο. ὁ μὲν γὰρ Ῥαβίριος οὐδ᾽ ὡμολόγει τὸν φόνον, ἀλλ᾽ ἄπαρνος ἦν· οἱ δὲ δήμαρχοι τήν τε ἰσχὺν καὶ τὴν ἀξίωσιν τῆς βουλῆς καταλῦσαι παντελῶς ἐσπούδαζον καὶ ἐξουσίαν ἑαυτοῖς τοῦ πάνθ᾽ ὅσα βούλοιντο ποιεῖν προπαρεσκεύαζον· διὰ γὰρ δὴ τοῦ τά τε τῷ συνεδρίῳ δόξαντα καὶ τὰ πρὸ τοσούτων ἐτῶν πραχθέντα εὐθύνεσθαι τοῖς τέ τι τῶν ὁμοίων ἐπιχειροῦσιν ἄδεια ἐδίδοτο καὶ αἱ τιμωρίαι αὐτῶν ἐκολούοντο. ἡ οὖν γερουσία δεινὸν μὲν καὶ ἄλλως ἐνόμιζεν εἶναι ἄνδρα βουλευτὴν μήτ᾽ ἀδικοῦντά τι καὶ ἐς γῆρας ἤδη προεληλυθότα ἀπολεῖσθαι, πολλῷ δὲ δὴ μᾶλλον ἠγανάκτει, ὅτι τό τε πρόσχημα τῆς πολιτείας διεβάλλετο καὶ τὰ πράγματα τοῖς φαυλοτάτοις ἐπετρέπετο. σπουδαί τε οὖν ταραχώδεις καὶ φιλονεικίαι ἀφ᾽ ἑκατέρων περί τε τοῦ δικαστηρίου, τῶν μὲν ὅπως μὴ συναχθῇ, τῶν δὲ ἵνα καθιζήσῃ δικαιούντων, καὶ ἐπειδὴ τοῦτο διά τε τὸν Καίσαρα καὶ δι᾽ ἄλλους τινὰς ἐνίκησε, περί γε τῆς κρίσεως αὖθις συνέβησαν· καί (ἦν γὰρ αὐτὸς ἐκεῖνος καὶ μετὰ τοῦ Καίσαρος τοῦ Λουκίου δικάζων· οὐ γὰρ ἁπλῶς, ἀλλὰ τὸ δὴ λεγόμενον περδουελλίωνος ὁ Ῥαβίριος ἐκρίθη) κατεψηφίσαντο αὐτοῦ καίτοι μὴ πρὸς τοῦ δήμου κατὰ τὰ πάτρια, ἀλλὰ πρὸς αὐτοῦ τοῦ στρατηγοῦ οὐκ ἐξὸν αἱρεθέντες. καὶ ἐφῆκε μὲν ὁ Ῥαβίριος, πάντως δ᾽ ἂν καὶ παρὰ τῷ δήμῳ ἑάλω, εἰ μὴ ὁ Μέτελλος ὁ Κέλερ οἰωνιστής τε ὢν καὶ στρατηγῶν ἐνεπόδισεν· ἐπειδὴ γὰρ οὔτε ἄλλως ἐπείθοντό οἱ οὔθ᾽ ὅτι παρὰ τὰ νενομισμένα ἡ κρίσις ἐγεγόνει ἐνεθυμοῦντο, ἀνέδραμεν ἐς τὸ Ἰανίκουλον, πρὶν καὶ ὁτιοῦν σφᾶς ψηφίσασθαι, καὶ τὸ σημεῖον τὸ στρατιωτικὸν κατέσπασεν, ὥστε μηδὲν ἔτ᾽ αὐτοῖς ἐξεῖναι διαγνῶναι. τοῦτο δὲ τὸ κατὰ τὸ σημεῖον τοιόνδε τί ἐστι. . . . οὕτω μὲν δὴ τότε ἥ τε ἐκκλησία καθαιρεθέντος τοῦ σημείου διελύθη καὶ ὁ Ῥαβίριος ἐσώθη· ἐξῆν μὲν γὰρ τῷ Λαβιήνῳ καὶ αὖθις δικάσασθαι, οὐ μέντοι καὶ ἐποίησεν αὐτό.

Sueton. Iul. 12 (*Caesar*) subornavit etiam qui Gaio Rabirio perduellionis diem diceret, quo praecipue adiutore aliquot ante annos Luci Saturnini seditiosum tribunatum senatus coercuerat, ac sorte iudex in reum ductus tam cupide condemnavit, ut ad populum provocanti nihil aeque ac iudicis acerbitas profuerit.

[*Aur. Vict.*] *de vir. illustr. 73, 12* caput eius (*Saturnini*) Rabirius quidam senator per convivia in ludibrium circumtulit.

Char. GL I 211, 18 perduellis plus quam hostis, ut Rabirius, qui perduellionem fecisse dicebatur, id est contra rem publicam sensisse.

Char. GL I 125, 1 fragmentum ex oratione Q. Hortensii pro C. Rabirio habita: cicatricum mearum (*cf. Rab. perd. r. 36*).

TESTIMONIA

DE ORATIONE CICERONIS

Cic. Att. 2, 1, 3 fuit enim mihi commodum ... curare ut meae quoque essent orationes quae consulares nominarentur, quarum ... quarta pro Rabirio.

Cic. in Pis. 4 ego in C. Rabirio perduellionis reo XXXX annis ante me consulem interpositam senatus auctoritatem sustinui contra invidiam atque defendi.

Cic. or. 102 ius omne retinendae maiestatis Rabirii causa continebatur: ergo in ea omni genere amplificationis exarsimus.

Quint. 6, 1, 49 egregieque Cicero, qui contra imaginem Saturnini pro Rabirio graviter ... dixit.

de Sacri cuiusdam commentariis cf. Charis. GL I 211, 20 ... quod iudicii genus Sacer in eandem orationem M. Tulli ab Horatio sumptum ait dictumque quod per tempus belli sit factum, cum is in sororem suam gladio usus esset.

SIGLA CODICVM

O = palimpsestus Vaticanus, §§ 16–19 continens
P = palimpsestus Vaticanus, §§ 32–38 praebens
V = cod. Vaticanus Latinus 11458, a. 1417 exaratus
ω = cod. Laurentianus plut. XLVIII 26
ψ = codd. reliqui saec. XV plerique consentientes
ς = codd. reliquorum saec. XV unus vel nonnulli dissentientes
codd. = consensus codicum

NOTAE

Ang. = Angelius
Bai. = Baiter
Boul. = Boulanger
Cast. = Castiglioni
Cl. = Clark
Ern. = Ernesti
Fr. = Früchtel
Gar. = Garatoni
Ha. = Halm
Karst. = Karsten
Kays. = Kayser
RKl. = R. Klotz
Lamb. = Lambinus
Madv. = Madvig
Man. = Manutius
Mue. = C. F. W. Müller
Naug. = Naugerius
Nieb. = Niebuhr
Or. = Orelli
Pith. = Pithoeus
Pluyg. = Pluygers
Torr. = Torrentius
Turn. = Turnebus

M. TVLLI CICERONIS
PRO C. RABIRIO PERDVELLIONIS REO
AD QVIRITES ORATIO

1 1 Etsi, Quirites, non est meae consuetudinis initio dicendi rationem reddere, qua de causa quemque defendam, propterea quod cum omnibus civibus in eorum periculis semper satis iustam mihi causam necessitudinis esse duxi, tamen in hac defensione capitis, famae fortunarumque omnium (5) C. Rabiri proponenda ratio videtur esse offici mei, propterea quod, quae iustissima mihi causa ad hunc defendendum esse visa est, eadem vobis ad absolvendum debet videri. **2** nam me cum amicitiae vetustas, cum dignitas hominis, cum ratio humanitatis, cum meae vitae perpetua consuetudo ad C. Rabirium defendendum est adhortata, tum vero, ut id (10) studiosissime facerem, salus rei publicae, consulare officium, consulatus denique ipse mihi una ⟨a⟩ vobis cum salute rei publicae commendatus coegit. non enim C. Rabirium culpa delicti, non invidia vitae, Quirites, non denique veteres iustae gravesque inimicitiae civium in discrimen capitis vocaverunt, sed ut illud summum auxilium maiestatis atque (15) imperii, quod nobis a maioribus est traditum, de re publica tolleretur, ut nihil posthac auctoritas senatus, nihil consulare imperium, nihil consensio bonorum contra pestem ac perniciem civitatis valeret, idcirco in his rebus evertendis unius hominis senectus, infirmitas solitudoque temptata est. **3** quam ob rem, si est boni consulis, cum cuncta auxilia rei

§ 2 (summum auxilium maiestatis atque imperii) *i. e. senatus consultum ultimum; v. et Cat. 2, 3; dom. 80; Mil. 70 sq.; Phil. 2, 51; Sall. Cat. 29, 3* | (auctoritas senatus) *cf. de leg. 3, 28* || **§ 3** *cf. e. g. Pis. 23*

inscr. m. tullii ciceronis pro c. rabirio perduellionis incipit **V** pro c. rabirio perduellionis **ω** pro C. Rabirio perduellionis reo ad Quirites oratio *vulgo* perduellionis reo *del. Nieb. Madv. Mommsen alii. citant* pro Rabirio *Cic. Att. 2, 1, 3; Quint. 7, 1, 16; Non. 51, 27; Rufin. RL 46, 6,* pro C. Rabirio *Gell. 12, 3, 1,* pro Rabirio perduellionis *Rufin. RL 46, 22* || 3 iustam mihi **V ψ** mihi iustam **ς** || 4 fortunarum **ς** || 5 rabiri **Vω** -ii **ψ** || 7. 8 cum (*ter*) $\mathbf{V}^1$**ω ψ** tum (*ter*) $\mathbf{V}^c$ **ς** (*in* **V** *autem* t *quater supra* cum *scriptum*) || 9 adhortata $\mathbf{V}^c$ adhortatam **ω** adhortatum $\mathbf{V}^1$ **ς** | tum] at $\mathbf{V}^c$**ω** at tum **ς** || 11 a vobis cum *Or.* vobiscum **ς** vobiscum cum **V ψ** (*in* **V** cum *in marg.*) || 12 vitae, Quirites *RKl.* vitaeque **Vω ψ** vitae **ς** ($\mathbf{V}^c$ *in marg.* vitiaque) vitaeque ⟨turpitudo⟩ *Naug.* || 13 civium $\mathbf{V}^c$ (*supra l.*) **ς** *vulgo* tantum **Vω ψ** tandem *Fr.* || 15 nobis **V ω** vobis **ψ** || 18 in his rebus evertendis *del. Ern.*

publicae labefactari convellique videat, ferre opem patriae, succurrere saluti fortunisque communibus, implorare civium fidem, suam salutem posteriorem salute communi ducere, est etiam bonorum et fortium civium, quales vos omnibus rei publicae temporibus extitistis, intercludere omnis seditionum vias, munire praesidia rei publicae, summum in (5) consulibus imperium, summum in senatu consilium putare; ea qui secutus sit, laude potius et honore quam poena et supplicio dignum
4 iudicare. quam ob rem labor in hoc defendendo praecipue meus est, studium vero conservandi hominis commune mihi vobiscum esse debebit.

2 Sic enim existimare debetis, Quirites, post hominum memoriam rem (10) nullam maiorem, magis periculosam, magis ab omnibus vobis providendam neque a tribuno pl. susceptam neque a consule defensam neque ad populum Romanum esse delatam. agitur enim nihil aliud in hac causa, Quirites, ⟨nisi⟩ ut nullum sit posthac in re publica publicum consilium, nulla bonorum consensio contra improborum furorem et audaciam, (15) nullum extremis rei publicae temporibus perfugium et praesidium salutis.
5 quae cum ita sint, primum, quod in tanta dimicatione capitis, famae fortunarumque omnium fieri necesse est, ab Iove Optimo Maximo ceterisque dis deabusque immortalibus, quorum ope et auxilio multo magis haec res publica quam ratione hominum et consilio gubernatur, pacem (20) ac veniam peto precorque ab iis, ut hodiernum diem et ad huius salutem conservandam et ad rem publicam constituendam illuxisse patiantur. deinde vos, Quirites, quorum potestas proxime ad deorum immortalium numen accedit, oro atque obsecro, quoniam uno tempore vita C. Rabiri, hominis miserrimi atque innocentissimi, salus rei publicae vestris manibus (25) suffragiisque permittitur, adhibeatis in hominis fortunis misericordiam, in rei publicae salute sapientiam quam soletis.

6 Nunc quoniam, T. Labiene, diligentiae meae temporis angustiis obstitisti meque ex comparato et constituto spatio defensionis in semihorae curriculum coegisti, parebitur et, quod iniquissimum est, accusa- (30) toris condicioni et, quod miserrimum, inimici potestati. quamquam in hac praescriptione semihorae patroni mihi partis reliquisti, consulis ademisti, propterea quod ad defendendum prope modum satis erit hoc
7 mihi temporis, ad conquerendum vero parum. nisi forte de locis religiosis

1 ferme ω^1 || 3 communi salute ς || 4 exstitistis ψ || 5 seditiosorum ς | minime ω^1 | esse *post* summum *suppl. Lamb.* || 6 eaque qui *Bai.* || 8 iudicare *Turn.* iudicari *codd.* || 10 extimare V ω || 12.13 a populo ς || 13 aliud nihil V || 14 nisi *add.* ς, *Naug.* quam ς *om.* V ψ || 16 salutis ς salutis K (*vel* P *vel* R) V ψ || 17 quod] quidem V ω ς | in *om.* ω^1 || 17–18 capitis . . . omnium *del. Pluyg. 1860* (*ut ex § 1 adscitum*) || 19 diis V ω || 21 iis ς his V ψ hiis ω || 24 ⟨et⟩ vita *Kays.* | gabiri V^1 (*m. 2 corr. in marg.*) ω || 25 et salus ς *Kays.* || 26 ⟨ut⟩ adhibeatis *Pluyg. 1881* || 29 semihorae V ς se maiorem ω ψ || 30 circulum ς articulum ω || 31 condictioni ω || 32 se maiorem V^1 (*corr. in marg.*) | patris ς || 33 hoc *del. Ern.* || 34 conquirendum ς | vero ς verum V ψ | parum *om.* ω^1

ac de lucis, quos ab hoc violatos esse dixisti, pluribus verbis tibi respon-
dendum putas; quo in crimine nihil est umquam abs te dictum, nisi a
C. Macro obiectum esse crimen id C. Rabirio. in quo ego demiror memi-
nisse te quid obiecerit C. Rabirio Macer inimicus, oblitum esse quid aequi
5 et iurati iudices iudicarint. an de peculatu facto aut de tabulario incenso 3
longa oratio est expromenda? quo in crimine propinquus C. Rabiri
iudicio clarissimo, C. Curtius, pro virtute sua est honestissime liberatus,
ipse vero Rabirius non modo in iudicium horum criminum, sed ne in
tenuissimam quidem suspicionem verbo est umquam vocatus. an de 8
10 sororis filio diligentius respondendum est? quem ab hoc necatum esse
dixisti, cum ad iudicii moram familiaris funeris excusatio quaereretur.
quid enim est tam veri ⟨dis⟩simile quam cariorem huic sororis maritum
quam sororis filium fuisse, atque ita cariorem, ut alter vita crudelissime
privaretur, cum alteri ad prolationem iudicii biduum quaereretur? an
15 de servis alienis contra legem Fabiam retentis aut de civibus Romanis
contra legem Porciam verberatis aut necatis plura dicenda sunt, cum
tanto studio C. Rabirius totius Apuliae, singulari voluntate Campaniae
{vicinitatis} ornetur cumque ad eius propulsandum periculum non modo
homines, sed prope regiones ipsae convenerint aliquanto etiam latius
20 excitatae, quam ipsius vicinitatis nomen ac termini postulabant? nam
quid ego ad id longam orationem comparem, quod est in eadem multae
irrogatione praescriptum, hunc nec suae nec alienae pudicitiae peper-
cisse? quin etiam suspicor eo mihi semihoram ab Labieno praestitutam 9
esse, ut ne plura de pudicitia dicerem. ergo ad haec crimina, quae patroni
25 diligentiam desiderant, intellegis mihi semihoram istam nimium longam
fuisse.

Illam alteram partem de nece Saturnini nimis exiguam atque angustam
esse voluisti: quae non oratoris ingenium sed consulis auxilium implorat
et flagitat. nam de perduellionis iudicio, quod a me sublatum esse crimi- 10
30 nari soles, meum crimen est, non Rabiri. quod utinam, Quirites, ego id
aut primus aut solus ex hac re publica sustulissem, ut hoc, quod ille

§ 8 *leges Fabia et Porcia, saec. 2 a.* || **§ 9** T. Labienus, *tr. pl. a. 63, accusator in causa Rabiri*

2 esset V^{1} (*corr. marg.*) || 3 obiectum esse V^{c} ψ obicietur esse ω obiectum esset V^{1}, *quod placeret, si in l. 2* dictum esset *legeretur; ita Karst.* | crimen *del. Bake, Pluyg. 1860* || 4 obiecerit V^{c} ω^{c} ψ oblegarit V^{1} ω^{1} ς obligarit ς | Macer *del. Pluyg. 1860 et 1881* | aequi *Ang.* aeque *codd.* || 5 aut] an ς || 6 expromenda *Man.* exprimenda *codd.* | propinqus V || 7 curius ς (*cf. Rab. Post. 3*) || 9 suspictionem ω || 12 tam veri ⟨dis⟩simile quam *Cast.* tam *et* quam *del. Gar. prob. Fr.* tam ⟨non⟩ verisimile quam *Ern.* quam *del. RKl.* || 14 cum *del. Lamb.* | prolationem $V^{1}\omega^{c}$ probationem V^{c} ω^{1} *cett.* || 18 vicinitatis *del. Beck* (*ut e l. 20 translatum*) civitatis ς Campanae vicinitatis *Man.* || 21 multae ς multa V ψ || 22 perscriptum *Man.* || 23 ab alieno V^{1} || 30 id *del. Beck* || 31 ut ς utinam V *cett.* | hoc *om. ed. Crat.*

crimen esse vult, proprium testimonium meae laudis esset! quid enim
optari potest quod ego mallem, quam me in consulatu meo carnificem de
foro, crucem de campo sustulisse? sed ista laus primum est maiorum
nostrorum, Quirites, qui expulsis regibus nullum in libero populo vesti-
gium crudelitatis regiae retinuerunt, deinde multorum civium fortium, 5
qui vestram libertatem non acerbitate suppliciorum infestam, sed lenitate
legum munitam esse voluerunt.

4 11 Quam ob rem uter nostrum tandem, Labiene, popularis est? tune, qui
civibus Romanis in contione ipsa carnificem, qui vincla adhiberi putas
oportere, qui in campo Martio comitiis centuriatis auspicato in loco 10
crucem ad civium supplicium defigi et constitui iubes, an ego, qui fu-
nestari contionem contagione carnificis veto, qui expiandum forum
populi Romani ab illis nefarii sceleris vestigiis esse dico, qui castam
contionem, sanctum campum, inviolatum corpus omnium civium Roma-
12 norum, integrum ius libertatis defendo servari oportere? popularis vero 15
tribunus pl., custos defensorque iuris et libertatis! Porcia lex virgas ab
omnium civium Romanorum corpore amovit, hic misericors flagella
rettulit; Porcia lex libertatem civium lictori eripuit, Labienus, homo
popularis, carnifici tradidit; C. Gracchus legem tulit, ne de capite civium
Romanorum iniussu vestro iudicaretur, hic popularis a duumviris 20
iniussu vestro non iudicari de cive Romano, sed indicta causa civem
13 Romanum capitis condemnari coegit. tu mihi etiam legis Porciae, tu
C. Gracchi, tu horum libertatis, tu cuiusquam denique hominis popularis
mentionem facis, qui non modo suppliciis invisitatis sed etiam verborum
crudelitate inaudita violare libertatem huius populi, temptare mansuetu- 25
dinem, commutare disciplinam conatus es? namque haec tua, quae te,
hominem clementem popularemque, delectant, 'I LICTOR COLLIGA MA-
NVS', {quae} non modo huius libertatis mansuetudinisque non sunt, sed
ne Romuli quidem aut Numae Pompili; Tarquini, superbissimi atque
crudelissimi regis, ista sunt cruciatus carmina, quae tu, homo lenis ac 30

§ 11 *ad Ciceronem popularem cf. leg. agr. 1, 23; 2, 6 sq., 102* || **§ 12** (C. Gracchus legem tulit) *cf. Cat. 4, 10* || **§ 13** (i lictor . . .) *Gell. 12, 3, 1 (ex Valgio Rufo); Non. 51, 27 (ex Gellio); cf. Liv. 1, 26, 7* | (caput . . . suspendito) *Non. 389, 19; cf. Liv. 1, 26, 6*

3 sustulissem **V ψ** || 9 vincula ς *Ha.* || 10 comitiis centuriatis *del. Karst.* || 11 civium *in marg.* **V** || 13 nefarii ς nefariis **V** *cett.* | sceleris *om.* ω^{1} || 15 opportere **V** || 16 tribunus pl. ⟨es⟩ *Kays.* | portia **V** || 17 amovet V^{1} || 18 retulit **V ψ** || 19 graccus ω || 20 Romanorum *om.* ω^{1} | duomviris ω^{1} IIviris *Cl., Boul.* || 21 sed . . . civem *om.* ω^{1}, *in marg.* ω^{c} || 23 tu horum libertatis *del. Kays.* horum *del. Bake* || 24 invisitatis *Ha., Kays.* inusitatis *codd.* (*cf. har. resp. 63, Phil. 11, 2*) | verborum ς verberum **V ψ** (*et in § 15*) || 25 tentare **V** || 26 nam ς *Kays.* en quae *coni. Fr.* | haec tua *del. Bake* || 27 i **V ψ** et (*i. e.* ei) ω ς *om.* ς (*cf. Gell. 12, 3, 1; ex Gellio Non. 51, 27*) || 28 quae *vel* que *codd.* *del. Ang.* || 30 ista V^{c} ς ita V^{1} ω ψ

popularis, libentissime commemoras: 'CAPVT OBNVBITO, ARBORI INFELICI
SVSPENDITO', quae verba, Quirites, iam pridem in hac re publica non
solum tenebris vetustatis, verum etiam luce libertatis oppressa sunt. 5
An vero, si actio ista popularis esset et si ullam partem aequitatis 14
5 haberet aut iuris, C. Gracchus eam reliquisset? scilicet tibi graviorem
dolorem patrui tui mors attulit quam C. Graccho fratris, et tibi acerbior
eius patrui mors est, quem numquam vidisti, quam illi eius fratris, qui-
cum concordissime vixerat, et simili virtute ulcisceris patrui mortem
atque ille persequeretur fratris sui, si ista ratione agere voluisset, et par
10 desiderium sui reliquit apud populum Romanum Labienus iste patruus
vester, quisquis fuit, ac Ti. Gracchus reliquerat. an pietas tua maior
quam ⟨C.⟩ Gracchi, an animus, an consilium, an opes, an auctoritas, an
eloquentia? quae si in illo minima fuissent, tamen prae tuis facultatibus
maxima putarentur. cum vero his rebus omnibus C. Gracchus omnis 15
15 vicerit, quantum intervallum tandem inter te atque illum interiectum
putas? sed moreretur prius acerbissima morte miliens ⟨C.⟩ Gracchus,
quam in eius contione carnifex consisteret; quem non modo foro sed
etiam caelo hoc ac spiritu censoriae leges atque urbis domicilio carere
voluerunt. hic se popularem dicere audet, me alienum a commodis
20 vestris, cum iste omnis et suppliciorum et verborum acerbitates non ex
memoria vestra ac patrum vestrorum, sed ex annalium monumentis
atque ex regum commentariis conquisierit, ego omnibus meis opibus,
omnibus consiliis, omnibus dictis atque factis repugnarim et restiterim
crudelitati? nisi forte hanc condicionem vobis esse vultis, quam servi, si
25 libertatis spem propositam non haberent, ferre nullo modo possent.
misera est ignominia iudiciorum publicorum, misera multatio bonorum, 16
miserum exilium; sed tamen in omni calamitate retinetur aliquod vesti-
gium libertatis. mors denique si proponitur, in libertate moriamur;
carnifex vero et obductio capitis et nomen ipsum crucis absit non modo
30 a corpore civium Romanorum, sed etiam a cogitatione, oculis, auribus.
harum enim omnium rerum non solum eventus atque perpessio, sed
etiam condicio, expectatio, mentio ipsa denique indigna cive Romano

1 caput . . . 2 suspendito *Non. 389, 19; cf. Liv. 1, 26, 6* || 2 suspendito//// ψ suspendimino V^1 ω^1 to *supra* m V^c ω^c, *inde* suspendito mino ς suspendito ⟨verberato⟩ *Or.* (*ex Liv.*) | quae verba *om. unus cod. Oxon.* | quae verba, Quirites *del. Kays.* || 3 sunt ς sunt K (*vel* R) V ψ (*cf.* § 5) || 6 tui *del. Ern.* || 8 simili virtute *Mue.* (*an* simili sane virtute? *Fr.*) similis viri *codd.*, *Bake* patrui *delens* simili iure *Beck* simili vi *Ha.* || 9 ille V^c ς ille si V^1 ω ψ | fratris *del. Bake* | sui si V^c *Naug.* si *Schütz* sui *codd.* | noluisset ω^c ψ || 10. 11 patruus vester *del. Ern.* || 11 ac *Herv.* et *codd.* || 12 *suppl.* ς *Kays.* *om.* V ω ψ || 15 inficetum ω interiectum esse (*vel* est) ς || 16 milies V^c *in marg.* illi es V^1 ω ψ | *suppl. Ha.* || 20 verborum ψ verberum V ω || 21 vestrum V ω ψ || 23 ⟨huic⟩ repugnarim *Cast.* || 24 nobis V ω ψ | si *om.* ς || 26 mulctatio V || 28 si proponitur in libertate, moriamur *Nieb.* || 29 obnuptio *Pantagathus* || 32 condictio ω *Lamb.* | *inde ab* expectatio *incipit* O

atque homine libero est. an vero servos nostros horum suppliciorum omnium metu dominorum benignitas vindicta una liberat, nos a verberibus, ab unco, a crucis denique terrore neque res gestae neque acta aetas
17 neque vestri honores vindicabunt? quam ob rem fateor atque etiam, Labiene, profiteor et prae me fero te ex illa crudeli, importuna, non 5 tribunicia actione sed regia meo consilio, virtute, auctoritate esse depulsum. qua tu in actione quamquam omnia exempla maiorum, omnis leges, omnem auctoritatem senatus, omnis religiones atque auspiciorum publica iura neglexisti, tamen a me haec in hoc tam exiguo meo tempore non audies; liberum tempus nobis dabitur ad istam discepta- 10 tionem.

6
18 Nunc de Saturnini crimine ac de clarissimi patrui tui morte dicemus. arguis occisum esse a C. Rabirio L. Saturninum. at id C. Rabirius multorum testimoniis Q. Hortensio copiosissime defendente antea falsum esse docuit; ego autem, si mihi esset integrum, susciperem hoc crimen, 15 agnoscerem, confiterer. utinam hanc mihi facultatem causa concederet, ut possem hoc praedicare, C. Rabiri manu L. Saturninum, hostem populi Romani, interfectum! — nihil me clamor iste commovet, sed consolatur, cum indicat esse quosdam civis imperitos, sed non multos. numquam, mihi credite, populus Romanus hic, qui silet, consulem me fecisset, si 20 vestro clamore perturbatum iri arbitraretur. quanto iam levior est adclamatio! quin continetis vocem vestram indicem stultitiae {vestrae},
19 testem paucitatis! — libenter, inquam, confiterer, si vere possem aut etiam si mihi esset integrum, C. Rabiri manu L. Saturninum esse occisum, et id facinus pulcherrimum esse arbitrarer. sed quoniam id facere non 25 possum, confitebor id quod ad laudem minus valebit, ad crimen non minus: confiteor interficiendi Saturnini causa C. Rabirium arma cepisse. quid est, Labiene? quam a me graviorem confessionem aut quod in hunc maius crimen exspectas? nisi vero interesse aliquid putas inter eum, qui

§ 17 (crudeli . . . actione) *cf. Quint. 5, 13, 20* | (religiones . . . publica iura) *cf. dom. 32. 128; Brut. 267* || **§ 18** *fragmentum minimum e oratione Hortensi serv. Charis. GL I 125, 1; cf. et § 36* | (quin continetis . . .) quin compescitis vocem istam, indicem stultitiae, testem paucitatis *Quint. 11, 3, 169;* quin continetis vocem vestram, indicem stultitiae, testem paucitatis *Rufin. RL 46, 22* | *cf. citatio Rufin. RL 46, 6* (*propter epanalepsin*) libenter, inquam, profiterer

1 homini **O** || 2 vindicta una **O** una vindicta *codd.* | liberat **O** liberavit *codd.* liberabit *Lamb.* || 5 labiene **O** t. labiene *codd.* | crudelitate ς | inportuna **O** || 8 religionis **O** ς || 9 publica *om.* **V** ς, *del. Kays.* | iura V^c *in marg.* plura V^1 ς | hoc *om.* ω^1 || 12 crimine *del. Kays.* | carissimi *Man.* clarissimi ⟨viri⟩ *Lamb.* || 13 at *Turn.* et *codd.* || 19 indicet *Beck* || 22 continetis *codd.*, *Rufin.* compescitis *Quint.* | vocem vestram *Rufin.* vocem *codd.* vocem istam *Quint.* | vestrae *seclusi om. Quint. Rufin.* || 23 paucitati *edd. vett.* | lubenter **O** | confiterer **O V** ω^c ς confiteor ω^1 ψ profiterer *Rufin.* || 24 *post* si mihi es- *deficit* **O**

hominem occidit, et eum, qui cum telo occidendi hominis causa fuit. si
interfici Saturninum nefas fuit, arma sumpta esse contra Saturninum
sine scelere non possunt; si arma iure sumpta concedis, inter[fectum iure
concedas necesse est. ***]

5 Fit senatus consultum, ut C. Marius L. Valerius consules adhiberent 7 20
tribunos pl. et praetores quos eis videretur operamque darent, ut im-
perium populi Romani maiestasque conservaretur. adhibent omnes
tribunos pl. praeter Saturninum, ⟨praetores⟩ praeter Glauciam; qui rem
publicam salvam esse vellent, arma capere et se sequi iubent. parent
10 omnes; ex aede Sancus armamentariisque publicis arma populo Romano
C. Mario consule distribuente dantur. hic iam, ut omittam cetera, de te
ipso, Labiene, quaero: cum Saturninus Capitolium teneret armatus, esset
una C. Glaucia, C. Saufeius, etiam ille ex compedibus atque ergastulo
Gracchus (addam, quoniam ita vis, eodem Q. Labienum, patruum
15 tuum), in foro autem C. Marius et L. Valerius Flaccus consules, post
cunctus senatus, atque ille senatus, quem etiam vos ipsi, qui hos patres
conscriptos, qui nunc sunt, in invidiam vocatis, ⟨laudare consuevistis⟩,
quo facilius de hoc senatu detrahere possitis, cum equester ordo (at
quorum equitum, di immortales! patrum nostrorum atque eius aetatis,
20 qua tum magnam partem rei publicae atque omnem dignitatem iudicio-
rum tenebant), cum omnes omnium ordinum homines, qui in salute rei
publicae suam repositam esse arbitrabantur, arma cepissent: quid
tandem C. Rabirio faciendum fuit? de te ipso, inquam, Labiene, quaero. 21
cum ad arma consules ex senatus consulto vocavissent, cum armatus
25 M. Aemilius, princeps senatus, in comitio constitisset, qui, cum ingredi
vix posset, non ad insequendum sibi tarditatem pedum sed ad fugien-

§ 20 (fit senatus consultum) *a. 100; cf. Plut. Mar. 30, 4; Oros. 5, 17, 3; Val. Max. 3, 2, 18*

3 *post* inter- *deficiunt codd.; in* **V** *et* ω *spatium septem linearum vacuum relictum est, in principio quartae lineae sunt verba* nobis dabit; *in marg.* **V** *et* ω^c *habent:* in exemplari vetustissimo deficit una pagina, *similiter et alii codd.* | *suppl. Man.* | *hic potius quam in peroratione ponenda puto verba Quint. 7, 1, 16:* si occidisset, recte fecisset, sed non occidit || 7 adhibent $V^c \omega^c \varsigma$ adhiberet $V^1 \omega^1 \varsigma$ adhiberent ψ || 8 ⟨praetores⟩ *Man.* ⟨omnes praetores⟩ *Turn. et Ant. Augustinus* (*postp. RKl.*) || 9 se *in* **V** *ex* seq *corr.* || 10 aede Sancus *Mommsen* (*ego dubitans*) ede sui ancus $V^1 \omega^1 \varsigma$ aedificiis ancus ς aedificiis suis ς aedificiis $\omega^c \psi$ aedificiis sacris ς *in marg.* aedibus sacris ς edeficiis vel edibus sacris V^c *in marg.* || 16 que V^1 (atque V^c) | quem iam ⟨ne⟩ vos ipsi ⟨quidem⟩ *Bake, Kays.* || 16–17 qui hos . . . nunc sunt *del. Bake* (*cf. Cobet, Mnemosyne 1868*) | hos] hoc **V**ω || 17 laudare consuevistis *hic posui, post* 18 possitis *Lag. 9* ⟨laude extollitis⟩ *coni. Kays.* ⟨laudibus efferre contenditis⟩ *Fr.* ⟨laudatis⟩ *RKl.* || 19 equitum *ed. Venet. 1471* equitum r. (*vel* ro.) *codd.* equitum, pro *Pluyg. 1881* | nostrorum ς nostrum **V**ωψ | patrum nostrorum . . . aetatis *del. Bake, Kays.* | atque eius *del. vult Fr.* | aut *supra* atque ς || 20–21 qua tum . . . tenebant *scripsi* quae . . . tenebat *codd.* qui . . . tenebant *Lamb.* qui . . . tenebat *Or.* || 24 ex *om.* ω^1 | revocavissent ς evocassent *Budaeus*

dum impedimento fore putabat, cum denique Q. Scaevola, confectus senectute, perditus morbo, mancus et membris omnibus captus ac debilis, hastili nixus et animi vim et infirmitatem corporis ostenderet, cum L. Metellus, Ser. Galba, C. Serranus, P. Rutilius, C. Fimbria, Q. Catulus omnesque, qui tum erant consulares, pro salute communi 5 arma cepissent, cum omnes praetores, cuncta nobilitas ac iuventus accurreret, Cn. et L. Domitii, L. Crassus, Q. Mucius, C. Claudius, M. Drusus, cum omnes Octavii, Metelli, Iulii, Cassii, Catones, Pompeii, cum L. Philippus, L. Scipio, cum M. Lepidus, cum D. Brutus, cum hic ipse P. Servilius, quo tu imperatore, Labiene, meruisti, cum hic Q. Catulus, 10 admodum tum adulescens, cum hic C. Curio, cum denique omnes clarissimi viri cum consulibus essent, quid tandem C. Rabirium facere convenit? utrum inclusum atque abditum latere in occulto atque ignaviam suam tenebrarum ac parietum custodiis tegere, an in Capitolium pergere atque ibi se cum tuo patruo et ceteris ad mortem propter vitae turpitu- 15 dinem confugientibus congregare, an cum Mario, Scauro, Catulo, Metello, Scaevola, cum bonis denique omnibus coire non modo salutis, verum

8 22 etiam periculi societatem? tu denique, Labiene, quid faceres tali in re ac tempore? cum ignaviae ratio te in fugam atque in latebras impelleret, improbitas et furor L. Saturnini in Capitolium arcesseret, consules ad 20 patriae salutem ac libertatem vocarent, quam tandem auctoritatem, quam vocem, cuius sectam sequi, cuius imperio parere potissimum velles? 'patruus' inquit 'meus cum Saturnino fuit.' quid? pater quicum? quid? propinqui vestri, equites Romani? quid? omnis praefectura, regio, vicinitas vestra? quid? ager Picenus universus utrum tribunicium furorem 25

23 an consularem auctoritatem secutus est? equidem hoc adfirmo, quod tu nunc de tuo patruo praedicas, neminem umquam adhuc de se esse confessum; nemo est, inquam, inventus tam profligatus, tam perditus, tam ab omni non modo honestate, sed etiam simulatione honestatis relictus, qui se in Capitolio fuisse cum Saturnino fateretur. at fuit vester 30 patruus. fuerit, et fuerit {et} nulla desperatione rerum suarum, nullis domesticis vulneribus coactus; induxerit eum L. Saturnini familiaritas, ut amicitiam patriae praeponeret; idcircone oportuit C. Rabirium desciscere a re publica, non comparere in illa armata multitudine bono-

24 rum, consulum voci atque imperio non oboedire? atqui videmus haec in 35 rerum natura tria fuisse: ut aut cum Saturnino esset aut cum bonis aut lateret. latere mortis erat instar turpissimae, cum Saturnino esse furoris

2 praepeditus *ed. Venet. 1471, Lamb.* || 3 innixus *Pluyg. 1860* || 5 omnes ς | commune **V** || 6 omnium ς || 7 Cn.] c. ς | Domitii *Man.* domitius *codd.* || 8 Iulii *om.* ς | Cassii] crassi ς || 9 cum² *del. RKl.* || 11 tum *om.* ω¹ ς || 22 septam ω || 24 nostri **V** ς || 28 unquam *ed. P. Rami 1580* || 30 at fuit *Naug.* affuit *codd.* || 31 nulla ς et nulla **V**¹ ς in nulla **V**ᶜ *in marg.* ω ψ ⟨nulla⟩ vi, nulla *Cl.* || 32 eum ς cum **V** ω ψ || 35 voci **V**ᶜ ς voce **V**¹ *cett.*

et sceleris; virtus et honestas et pudor cum consulibus esse cogebat. hoc
tu igitur in crimen vocas, quod cum iis fuerit C. Rabirius, quos amentissi-
mus fuisset si oppugnasset, turpissimus si reliquisset? at C. Decianus, de **9**
quo tu saepe commemoras, quia, cum hominem omnibus insignem notis
5 turpitudinis, P. Furium, accusaret summo studio bonorum omnium,
queri est ausus in contione de morte Saturnini, condemnatus est; at
Sex. Titius, quod habuit imaginem L. Saturnini domi suae, condemnatus
est. statuerunt equites Romani illo iudicio improbum civem esse et non
retinendum in civitate, qui hominis hostilem in modum seditiosi imagine
10 aut mortem eius honestaret aut desideria imperitorum misericordia
commoveret aut suam significaret imitandae improbitatis voluntatem.
itaque mihi mirum videtur, unde hanc tu, Labiene, imaginem quam **25**
habes inveneris; nam Sex. Titio damnato qui istam habere auderet
inventus est nemo. quod tu si audisses aut si per aetatem scire potuisses,
15 numquam profecto istam imaginem, quae domi posita pestem atque
exilium Sex. Titio attulisset, in rostra atque in contionem attulisses, nec
tuas umquam rates ad eos scopulos appulisses, ad quos Sex. Titi ad-
flictam navem et in quibus C. Deciani naufragium fortunarum videres.
sed in his rebus omnibus imprudentia laberis. causam enim suscepisti
20 antiquiorem memoria tua, quae causa ante mortua est, quam tu natus
es; et qua in causa tute profecto fuisses, si per aetatem esse potuisses,
eam causam in iudicium vocas. an non intellegis, primum quos homines **26**
et quales viros mortuos summi sceleris arguas, deinde quot ex his, qui
vivunt, eodem crimine in summum periculum capitis arcessas? nam si
25 C. Rabirius fraudem capitalem admisit, quod arma contra L. Saturninum
tulit, huic quidem adferet aliquam deprecationem periculi aetas illa,
qua tum fuit; Q. vero Catulum, patrem huius, in quo summa sapientia,
eximia virtus, singularis humanitas fuit, M. Scaurum, illa gravitate, illo
consilio, illa prudentia, duos Mucios, L. Crassum, M. Antonium, qui tum
30 extra urbem cum praesidio fuit, quorum in hac civitate longe maxima
consilia atque ingenia fuerunt, ceteros pari dignitate praeditos, custodes
gubernatoresque rei publicae quem ad modum mortuos defendemus?

§ 24 C. *Appuleius* Decianus, Sex. Titius, *ambo tr. pl. 99; cf. Val. Max. 8, 1, 2* (*ex Cicerone*)*; 3; Quint. 6, 1, 49; Schol. Bob. p. 95, 12 Stangl*

4 notis] nobis **V** || 6 condemnatus est *aut hic* (*sic et Fr.*) *aut in l. 7 del. Madv. adv. cr. 3, 130* | at *scripsi* (*habet iam ed. P. Rami 1580*) et *codd.* etiam *RKl.* *del. Ha., Kays.* || 7 saturnini l. **V** || 9 imagine ς *Naug.* imaginem *codd.* || 10 desiderio ς | misericordiam ς || 11 imitandae ψ imitandam **V** ω ς || 13 habes ω^c ς tu $\mathbf{V}^1$ ω^1 ς tu habes $\mathbf{V}^c$ (*ut videtur*) ψ || 14 si tu ω^1 || 16 exitium *coni. Man.* | Sex. Titio] tibi *Karst.* | attulit *Bai.* | attulisses *corr. putavit Kays.* || 17 rates *Pith.* rationes *codd.* || 21 es; et *Mue.* esses *codd.* es *Bai.* || 22 eam cum in iudicium vocas, [an] non intellegis *Rau 2, 161, Kays.* | quos] quot *Karst.* || 23 quot ς quos ς quod **V** ω ψ | his ψ iis (eis) **V** ω ς *Lamb.* || 26 adferet (aff-) ς affert ς afferret **V** ω ψ

27 quid de illis honestissimis viris atque optimis civibus, equitibus Romanis, dicemus, qui tum una cum senatu salutem rei publicae defenderunt? quid de tribunis aerariis ceterorumque ordinum omnium hominibus, qui tum
10 arma pro communi libertate ceperunt? sed quid ego de iis omnibus, qui consulari imperio paruerunt, loquor? de ipsorum consulum fama quid futurum est? L. Flaccum, hominem cum semper in re publica, tum in magistratibus gerendis, in sacerdotio caerimoniisque, quibus praeerat, diligentissimum, nefarii sceleris ac parricidii mortuum condemnabimus? adiungemus ad hanc labem ignominiamque mortis etiam C. Mari nomen? C. Marium, quem vere patrem patriae, parentem, inquam, vestrae libertatis atque huiusce rei publicae possumus dicere, sceleris ac parri-
28 cidii nefarii mortuum condemnabimus? etenim si C. Rabirio, quod iit ad arma, crucem T. Labienus in campo Martio defigendam putavit, quod tandem excogitabitur in eum supplicium, qui vocavit? ac si fides Saturnino data est, quod abs te saepissime dicitur, non eam C. Rabirius sed C. Marius dedit idemque violavit, si in fide non stetit. quae fides, Labiene? qui potuit sine senatus consulto dari? adeone hospes ⟨es⟩ huiusce urbis, adeone ignarus disciplinae consuetudinisque nostrae {civitatis}, ut haec nescias, ut peregrinari in aliena civitate, non in tua magistratum
29 gerere videare? 'quid iam ista C. Mario' inquit 'nocere possunt?' quoniam sensu et vita caret? itane vero? tantis in laboribus C. Marius periculisque vixisset, si nihil longius quam vitae termini postulabant spe atque animo de se et gloria sua cogitasset? at, credo, cum innumerabilis hostium copias in Italia fudisset atque obsidione rem publicam liberasset, omnia sua secum una moritura arbitrabatur. non est ita, Quirites, neque quisquam nostrum in rei publicae periculis cum laude ac virtute versatur, quin spe posteritatis fructuque ducatur. itaque cum multis aliis de causis virorum bonorum mentes divinae mihi atque aeternae videntur esse, tum maxime quod optimi et sapientissimi cuiusque animus ita praesentit in posterum, ut nihil nisi sempiternum spectare videatur.
30 quapropter equidem et C. Mari et ceterorum virorum sapientissimorum ac fortissimorum civium mentis, quae mihi videntur ex hominum vita ad deorum religionem et sanctimoniam demigrasse, testor me pro illorum fama, gloria, memoria non secus ac pro patriis fanis atque delubris propugnandum putare, ac, si pro illorum laude mihi arma capienda essent, non minus strenue caperem, quam illi pro communi salute ceperunt. etenim, Quirites, exiguum nobis vitae curriculum natura

5 de *del. Lamb.* || 9 mortuorum *Karst.* mortui *Pluyg. 1860 delens* 11–12 sceleris . . . condemnabimus || 12 ivit ς ut ς ul' ω^1 iid (*vel* ud*?*) V^1 (*corr. in marg.*) || 13 defigiendam ω^1 || 14 exagitabitur ω^1 || 17 es *cod. Torr.* *om. codd.* || 18 ignarus es ς | nostrae civitatis V^1 ς || 20 possunt? *distinxi* | quoniam] qui iam *vel* quando iam *Ern.* || 20–21 quoniam . . . caret *del. Bake* || 21 sensu *om.* ω^1 || 25 quisquam ς quisque V ω ψ || 29 quia ω^1 | optumi V ω^c ς || 33 regionem *Lamb.* || 34 fanis] sacris *Ern.*

circumscripsit, immensum gloriae. quare si eos, qui iam de vita decesserunt, ornabimus, iustiorem nobis mortis condicionem relinquemus. sed si illos, Labiene, quos iam videre non possumus, neglegis, ne his quidem, quos vides, consuli putas oportere? neminem esse dico ex his omnibus, qui illo die Romae fuerit, quem tu diem in iudicium vocas, pubesque tum fuerit, quin arma ceperit, quin consules secutus sit. omnes ii, quorum tu ex aetate coniecturam facere potes, quid tum fecerint, abs te rei capitis C. Rabiri nomine citantur. at occidit Saturninum Rabirius. utinam fecisset! non supplicium deprecarer, sed praemium postularem. etenim, si Scaevae, servo Q. Crotonis, qui occidit L. Saturninum, libertas data est, quod equiti Romano praemium dari par fuisset? et, si C. Marius, quod fistulas quibus aqua suppeditabatur Iovis Optimi Maximi templis ac sedibus praecidi imperarat, quod in clivo Capitolino improborum civium [***]

FRAGMENTA

[***]aret. itaque non senatus in ea causa cognoscenda me agente diligentior aut inclementior fuit quam vos universi, cum orbis terrae distributionem atque illum ipsum agrum Campanum animis, manibus, vocibus re[pudiavistis].

Idem ego quod is, qui auctor huius iudicii [est], clamo, praedico, denuntio: nullus est reliquus rex, nulla gens, nulla natio, quam pertimescatis; nullum adventicium, nullum extraneum malum est, qu[od insi]nuare in han[c rem publicam pos]sit. si immorta[lem] hanc civitate[m esse] voltis, si aeter[num hoc] imperium, si g[loriam] sempiternam [manere], nobis a nostris [cupi]ditatibus, a tu[rbulen]tis hominibus [atque no]varum rerum [cupidis, ab intestinis malis], a domesticis co[nsiliis] est cavendum. hisce autem m[alis mag]num praesid[ium vo]bis maiores ve[stri re]liquerunt vo[cem] illam consulis: 'qui [rem publicam] salvam esse [volunt].' huic voci fave[te, Quirites, neque v]estro iudicio [abstu]leritis mihi [lucem] neque eripueri[tis rei publicae]

1 quare] qua *Torr., Kays.* || 2 honestiorem *Mue.* || 3 ne his *Ber.* mihi *codd.* || 4 his ω^{1} ς iis Vω^{c} ψ || 5 fuerit *cod. unus Oxon.* fuerint (-unt) *codd.* || 7 hi ς *Ha.* || 8 rei V ς *om.* ω ψ || 9 deprecor ω^{c} ς || 10 servoque V^{1} (Q. *supra l.* V^{c}) | crotonis ψ crotoni ω ς cretonis V cretonio ς Critoni(i) *Ha.* || 12, 13 iovis optimi maximi ς I. O. (*vel* D.) M. V ω ψ idibus martiis ς || 14 civium ⟨caedem fecerat⟩ *suppl. e. g. Nieb.* | V *habet in marg.* in exemplari deficiunt due charte que fuerunt abscise

Fragmentum a Niebuhr ex P *a. 1820 editum. quae uncis inclusa sunt Niebuhr supplevit, nisi aliter indicatum est* || 16 diligentior *Nieb.* diligenter P || 18 *vel* re[servare maluistis]*?* || 20 reliqus P || 22 insi]nuare *Nieb.* ma]nare *Beier* || 23 aeter[num hoc] *RKl.* aeter[num] *Nieb.* || 25 ab intestinis periculis *Beier* || 26 co[natibus] *Beier* || 28 [volunt] *Wesenb.* [vellent] *Ha.* [volt] *Nieb.* || 29 [lucem] *supplevi (cf. Cic. Acad. II 30; Sex. Rosc. 150; Pis. 54; Phil. 10, 12; 13, 44) spatium quattuor vel quinque litt. indic. Nieb. qui* rem p. *scr.* consulare ius *Or.* vim consulis *Ha.* | rei p. *vel* vobis*?*

35 spem liberta[tis, sp]em salutis, spem [maies]tatis. [quid fac]erem, si
T. Labie[nus c]aedem civium [fecis]set ut L. Satur[ninus], si carcerem
re[fregi]sset, si Capitoli[um cum armatis occupa]visset? facerem [idem
qu]od C. Marius fe[cit, a]d senatum re[ferr]em, vos ad rem publicam
[defe]ndundam co[hort]arer, armatus [ipse] vobiscum ar[mato] obsiste- 5
rem. [nunc] quoniam armorum suspicio nullast, tela non video, non vis,
non caedes, non Capitoli atque arcis obsessiost, sed accusatio perniciosa,
iudicium acerbum, res tota a tribuno pl. suscepta contra rem publicam,
non vos ad arma vocan[dos esse, verum] ad suffragia cohortandos contra
oppugnationem vestrae maiestatis putavi. itaque nunc vos omnes oro 10
atque obtestor hortorque. non ita mos est, consulem cum es[***]

13
36 [*** t]imet; qui hasce ore adverso pro re publica cicatrices ac notas
virtutis accepit, is ne quod accipiat famae volnus perhorrescit; quem
numquam incursiones hostium loco movere potuerunt, is nunc impetum
37 civium, [c]ui n[e]cessario cedendum est, perhorrescit. [n]eque a vobis 15
iam bene [v]ivendi, sed hones[t]e moriendi facul[t]atem petit, neque
tam [u]t domo sua frua[t]ur, quam ne patrio [s]epulchro privetur laborat.
nihil al[iud] iam vos orat atque [ob]secrat nisi uti n[e se] legitimo fu-
ner[e et] domestica mor[te] privetis, ut eum, [qui] pro patria nu[llum]
umquam mor[tis pe]riculum fugit, [in] patria mori pati[amini]. 20

38 Dixi ad id tempus q[uod] mihi a tribuno pl. pra[esti]tutum est; a
vob[is peto] quaesoque, ut ha[nc me]am defension[em] pro amici peri-
cu[lo fi]delem, pro rei publicae salu[te] consularem pu[te]tis.

Quint. 7, 1, 16: si occidisset, recte fecisset; sed non occidit (*cf. autem p. 65, 3 app. crit.*). 25

Serv. ad Verg. Aen. 1, 13: Cicero pro Rabirio: 'et cum universo populo Romano, tum vero equestri ordini longe carissimus'.

1 [maies]tatis *scripsi* [digni]tatis *Nieb.* || 3 [idem *Ha.* [id *Nieb.* || 6 nullast **P** || 8 susceptam **P** || 9 vocan[dos esse, verum] *Ha.* vocan[dos mihi esse, sed] *Nieb.* || 11 atque *del. Beier* || 13 accipit **P** | volius **P** | perhorrescit **P** pertimescit *Nieb.* *del. Or.* || 14 numq. **P** | incursione **P** || 15 pertimescit *Beier* || 17 tam *Nieb.* iam **P** || 19 patriam **P** || 20 mor[tis *Nieb.* mori **P** mori[endi *AKl.*

INDEX NOMINVM ET RERVM MEMORABILIVM

Numeri paginas et versus indicant